quo de negotijs nunciatur, vt ſunt eius Epiſtolæ omnes ferè ad familiares.

Secundum Familiare, & Iocoſum, quo cum Amicis quis iocatur, aut delectatur; vt eiuſdem ad Atticum.

Tertium Graue, ac ſeuerum, quo de rebus ſerijs, ac ſummi momenti tractatur; vt ſunt Epiſtolæ morales, & quæ ſcribi ſolent à Principibus.

Qui ſit ſtylus Epiſtolarum.

STylus Epiſtolæ, vt plurimum eſſe debet, qualis ſermonem familiarem decet: breuis, ſubmiſſus, purus, humanus, vrbanus, apertus, ſine cura, accuratus, non fucatus, ſed neque ſtrigoſus, ſimplex, & tenuis, non vilis, & ineptus; nam ſicut non amat phaleras, ita ſcruta non patitur, alienis, non ſuis careat ornamentis, ac luminibus, quibus perſpicuè, & iucundè ſenſum aperiat ſcribentis. Ideò pro rerum argumentis, ac perſonarum dignitate ſtylus Epiſtolæ comparatur, in rebus enim grauibus, ac ſerijs eleuari oportet, ſed meminerit, qui ſcribet, Epiſtolam, non Orationem contexere.

Quæ Vitia, quæ Virtutes Epiſtolarum.

VItiorum, quæ præcauenda ſunt. Primum eſt periodiorum prolixitas,

tas, quæ orationibus magis, quam epiſtolis congruit.

Secundum ornamenta figurarum, & inſolens vſus translatorum: nam epiſtola propriorum verborum nitorem amat: niſi translata habeant ſimilitudinem valdè propinquam, vt ſitio honores, cura me mordet.

Tertium: Obſoletæ antiquitate, inuſitatæ, ac peregrinæ dictiones, quæ obſcuritatem pariunt.

Quartum nimia frequentia ſententiarum, quæ onerant non exornant Epiſtolam.

Quintum. Allegoriæ longius deductæ, imperfectæ, & conciſæ ſententiæ, niſi offundere epiſtolæ tenebras de induſtria volueris, vt Tullius ad Atticum. Virtutes ex vitijs colligere eſt.

Prima eſt breuitas, qua primum vitium tollitur, cum non vtitur pluribus quam par eſt.

Secunda eſt perſpicuitas, qua tertium, & quartum, & quintum fugimus, vt purus, & apertus ſit ſermo.

Tertia ſimplicitas, qua ſecundum, tertium, & quartum vitium euitamus, vt in tota epiſtola ingenuitas, & candor animi eluceat.

Quarta venuſtas, qua vbi opus eſt, argutias, lepidos iocos, & adagia adhibemus,

Quinta decorum, quo ratio rerum, & perſonarum habetur, neque enim eo-
dem

dem modo ad Principes Viros, & Familiares, ad Amicos, & ignotos de rebus grauibus, & minoris momenti ſcribendum eſt.

Quæ ſint Partes Epiſtolarum.

Partes Epiſtolarum aliæ ſunt communes, ſed neceſſariæ, aliæ communes quidem, ſed non neceſſariæ.

Prioris generis ſunt

Titulus, Valedictio,
Clauſula loci, & temporis.

Secundi generis

Exordium, Narratio,
Confirmatio, Concluſio;

de quibus ſuo loco.

Titulus continet nomen ſcribentis, & eius, ad quem ſcribitur. qui ſcribit ex antiquo more nomen ſuum præmittat, ex recenti conſuetudine poſtponat; apponat etiam in calce, ſi ſcribit ad proceres.

Nomina, aut pura ſine epithetis ritu antiquo efferantur, aut nouo pro dignitate Perſonarum cum vſitatis titulis; abſit ſemper aſſentatio.

Poſt titulum ſequitur ſalutatio, bonæ erga Amicum voluntatis teſtificatio. Quam Veteres litteris S.D. aut S.D.P. aſſignabant, hoc eſt ſalutem dicit, aut ſalutem dicit plurimam: nunc etiam per P. F. P. nempè plurimam felicitatem precatur, Prætereà bonam men-

tem,

tem, facilem frugem, felicem ſenectutem ominamur, vt tum antiquis, tum recentibus exemplis patebit.

Valedictio ex more veterum ferè eadem eſſe ſolebat, vt vale, ſeù cura, vt valeas, valetudinem tuam diligentèr cura; Chriſtiano verò ritu, ſoſpitet te Deus, vel fortunet, omnia tibi fortunata volo.

Clauſula loci dictionem, ac temporis adſcriptionem habet; locus adſcribitur ne ignotum ſit, vbi, qui ſcribit, degat: tempus, vt litterarum celeritas, vel tarditas pateat; vtrumque ad negotiorum oportunitatem.

De Kalendis, Nonis, & Idibus ſuperius egimus in Grammatica.

De formis Epiſtolarum.

PARS II.

Molli brachio (vt dicitur) vobis epiſtolarum formas proponam, ne vanis quæſtiunculis, & longiuſculis tractationibus tempus effundamus. In ſingulis formis exempla proponam: mouet enim me vulgare dictum, longum iter per præcepta, breue iter per exempla. Neque operæ pretium puto ſeorſum tractare de Exordio, Narratione, Confirmatione, & Concluſione, nam quæ fieri debeant, in ſingulis formis patebit.

De Epiſtola Narratoria.

PRimò Exordio licebit vti, vt beneuolentia, præparetur, quod auſpicari poteſt ab aliqua, ſi quæ fuerit cauſa ſcribendi: quia res noua, res grata Amico, quia vtilis, quia ſcitu neceſſaria,

Secundò Narratio rei ſit ordine diſpoſita, breuis, dilucida, probabilis, ſuis circumſtantijs.

Tertio concluſio addi poteſt aliqua huic ſimilis. Hæc erant, de quibus te certiorem facere putabam. Cic. lib. 8. ab epiſt. 2. ferè per totum.

EXEMPLVM.

NEceſſitudinis officium poſtulat, ne quid Amicus Amicum cœlet, ex quo fructum iucunditatis capiat. Romam aduenimus quatriduo poſtquam Genua ſoluimus: bellè, ac felicitèr nauigatum eſt, ſereno Cœlo, ſudo aere, tranquillo mari, ſecundis ventis, ſocijs viris, ſanè feſtiuis, ac probis. Nautis tandem ſolito humanioribus, nihil rixoſis, nihil moleſtis. Alma Vrbs iure mundi caput prædicatur: quæ eſt illuſtrium virorum ſedes, ſcientiarum Theatrum; Ærarium honoris, Mater dignitatis, maieſtatiſque Nutrix: quin etiam bonorum omnium, penè dixerim,

rim. Theſaurus. Hic verſor libentiſſimè, cupioque curſum gloriæ contendere, modo vita, & valetudo non deficiat, quam tibi diuturnam, & bonis omnibus cumulatam enixè à Deo precor. Cæterùm nil amplius occurrit, quod tibi ſcribendum putem. Vale ſexto Idus Iunij. M.DC.LII.

De Petitoria Epiſtola.

PEtitoria eſt vſu frequentiſſima, quia ſæpè occurrit, vt multa nobis ſint ab Amicis neceſſaria.

Primò Exordium præmittitur, in quo ratio exponitur, cur ab Amico quid petamus, ſcilicet ob eius optimam in nos voluntatem, expertam beneuolentiam, ac liberalitatem, ob maiorum amicitiam, aut ob noſtram in eum fidem, & obſeruantiam.

Secundò ſubſequitur petitionis expoſitio, quæ ſit rei honeſtæ, concedenti facilis, vtilis petenti, atque neceſſaria.

Tertiò Pollicitatio memet noſtri, ac rerum noſtrarum, & promiſſio reddendæ gratiæ, aut habendæ claudat epiſtolam ex grato, ac memori animo. Exemplum lib. 6. epiſt. 16. lib. 3. epiſt. 12. & paſſim.

EXEM-

EXEMPLVM.

TVa erga me humanitas,non minus quam ſingulare meum erga te ſtudium tantum ſpei, ac fiduciæ afferunt, vt abs te operam tuam petam in ea re, quæ iſthic me vrget. Cogito Nepotem ſanè Adoleſcẽtulum Bononiam mittere, qui iuris prudentiæ vacet, ac legum doctrinis, Virque egregius euadat, vt aliquam lauream doctrinæ conſecutus aditum honoribus ſibi referet. Igitur te etiam atque etiam rogo, vt ipſum in fidem tuam recipias, qui ſub tuis auſpicijs recte incedat, ac ſtudiorum curſum conficiat. Spero hanc meã petitionem Adoleſcentulo fore perutilem, meque magis, ac magis humanitati tuæ, cui confiſus ſum, maximè deuinctutum. Cœterum cum Deo precibus agam, vt te incolumem, florentem, ac beatũ ſeruet. Idibus Iulij. M.DC.LII.

De Commendatoria Epiſtola.

COmmendatoria Petitoriæ affinis eſt, quia amicum commendamus, vel pro aſſequenda aliqua dignitate, vel pro beneficio, ſeù fauore aliquo obtinendo; idcirco videtur imitari rationem Petitoriæ; ideò

Primò, Exordium præmittitur, in quo commendatur beneuolentia, libe-

rali-

ralitas, munificentia eius, ad quem pro amico ſcribitur, qui etiam eſſe ſolet fautor omnibus, maximè viris probis, ſtudioſis, & amicis.

Secundò huius generis laudabitur is, pro quo ſcribitur, qui ſit vir amicus, bonus, ſtudioſus, & dignus omni commendatione, in re maximè iuſta, facili, perutili, honeſta tum ſibi, tum alijs.

Tertiò pro loco, aut tempore, aut precibus agendum, aut ſaltem memorem animum pollicebitur, ac ſi nos ipſi beneficium accipiamus. Videndum eſt, vt epiſtola commendatiua habeat pondus teſtimonij, non vim contentionis. Exempl. lib. 13. epiſt. 2. 34. ac deinceps.

EXEMPLVM.

Qvamquam exiguus eſt meritorum numerus meorum; tamen ea eſt amplitudo humanitatis tuæ, vt nihil verear beneficia petere abs te: quo (quæ tua natura eſt) exercendæ liberalitatis opportunitatem nãciſcaris. Is igitur, qui has litteras tibi redditurus eſt, vir eſt probus, ac præstereà meus familiaris: eum tibi de meliori nota facere commendo, ne quid iacturæ res eius in iſto foro faciant, verum ab omni moleſtia, & vexatione vendicentur. Cauſa enim illius æquitatem habet. Fac vt opera tua ne illi deſit, vt hæc mea commendatio multum ſit ei profutura.

ra ; ſumma eſt auctoritas tua, ſumma peritia in iſta Curia : vterque in tua integritate, & fide ſpem ponimus, quem vnicè diligimus . Vale xvj. Kalendas Auguſti . M.DC.LII.

De Euchariſtica Epiſtola.

EVchariſtica dicta, quia gratias agit pro beneficio, aut munere accepto, quæ conſuetudo eſt virorum optimorum, ne ingrati eſſe videantur.

Primò Exordium fieri ſolet, in quo magnitudo beneficij, & amplitudo cōmendatur, vt verbis non poſſit fieri ſatis, vt circuitione vtendum, quaſi non ſit opus gratias agere, ſed grata memoria cum Amicis, & humaniſſimis.

Secundò confirmabitur beneficium optatis, ac votis ſatisfeciſſe, quod beneuole, cito, diligenter, liberaliter, cumulatè, in tempore factum, quod honeſtum, vtile, iucundum, neceſſarium, pro quo animum gratiſſimum habere nos oportet, alioquin mori potiùs, quam viuere ingratos.

Tertiò pollicebimur votis illius omnem operam noſtram, & ſi facultas reddendæ gratiæ deerit, animus tamen gratus liberalitatem, & humanitatem benemerentis ſemper prædicabit. Exempl. lib. 10. epiſt. 4.

EXEM-

EXEMPLVM.

QVam maximas humanitati tuæ gratias agerem, niſi id eſſem neſcius, me tibi animi immortalis, non inanium verborum officia reddere oportere: quamuis enim vſus obtinuerit, vt gratiarum actiones habeantur: à me tamen, qui maiora vſu beneficia abs te capio, aliter gratiæ agendæ ſunt: beneficium acceptum loquitur, ipſum per ſe ſe, meque admonet, vt ingenuè fatear (quoniam illud ingens fuit, cùm ob eius, qui dedit, ſummum ſtudium, tùm propter eius, qui accepit, indigentiam) ingenti quoque obligatione me deuinctum fuiſſe. Itaque omnem operæ meæ tibi, ac rerum mearum copiam facio, vt cum opus fuerit, ad voluntatem vtaris. Intereà Deus optimus maximus adſit optatis tuis. Vale etiam, atque etiam. Romæ, xiv. Kalendas Auguſti. M.DC.LII.

De Conſolatoria Epiſtola.

NEmo hominum eſt, cui ſæpè non contingat, de quibus egeant conſolatione, maximè in iactura propinquorum, aut rerum; ideò amicus amico id officij per litteras præſtat.

Primò Exordium eſt à perceptione doloris, quem ob Amici aduerſum caſum,

ſum,

ſum, vel quis cępit ob eam ipſam cauſam, quia amicus eſt, vel ob rei aduerſæ grauitatem, pro qua ipſe egere potiùs conſolatore videtur.

Secundò aſſeuerandum prudentiæ officium eſſe aliquas rationes viderc, quibus dolor recreetur, vel quia id, quod accidit, Dei ſempiterno conſilio fiat: vel quia ex eo, quod alioquin malum videtur, bonum aliquod conſequatur. Quæ rationes à ſacris paginis, & Philoſophorum monumentis hauriri poſſunt.

Tertiò admonendum deponi oportere dolorem; tùm quia quod factum eſt, infectum fieri non poteſt; tùm quia Diuinæ voluntati acquieſcendum. Exempl. lib. 4. epiſt. 3. & 5.

EXEMPLVM.

REpentè venit nuncius de tui fratris obitu, cuius anima æternis gaudijs perfruatur, quare animum meũ ſummo dolore affecit, eiuſque morte doluì, non ſecus, quam tu ipſe frater eius germanus, nam ex animo eum diligebam tamquam fidum, Achatem, & Amicum, qui merebatur ob eius præclaras virtutes Neſtoris annos viuere; At enim dolor aliquantum remiſit, quãdo cogitaui illum peruenisse ad eam felicitatis metam, quæ nullam habet temporis metam; enim verò vitæ laudabi-

dabilis curſum peregit, ac libentèr ſoluit: quid quid quiſque citiùs, aut tardiùs Naturæ debet, immo probis viris ab hoc ipſo vitæ carcere exitus iucundus eſſe ſolet, quemadmodum lacrymabilis ingreſſus. Eſt igitur par rationi ſe conformare Diuinę voluntati, ac potiùs lætari, quam conqueri eo illum aduolaſſe, quo nulla miſeria pertingit, ſed omnis fælicitas regnat, ſic enim ſperare poſſumus ab eius candidis moribus: hæc ratio, vt omnem mœſtitiam ab animo meo deterſit, ità te omni dolore leuabit. Deus te incolumem diùtiſſimè ſeruet. Vale iv. Kalendas Sextiles. M DC.LII.

De Gratulatoria Epiſtola.

Gratulatoria adhibetur cum Amico, quid ſibi, vel ſuis fauſtè, ac proſperè contingit, aut ſalute recuperata, aut dignitate obtenta.

Primò in Exordio exagerabimus lætitiam, quam ex amici commodis æquè capere ſolemus, ac noſtris: ideò dicemus congratulationem ex animo prouenire, nec eſſe merum officium.

Secundò bonū, quod amicus adeptus eſt, extollemus, debitum meritis eius, amicorum votis exoptatum, futurum familiæ, vel etiam Reipublicæ honeſtum, & vtile.

Tertiò bene precabimur Amico, vt

ei

ei commodè Deus fortunet,aditumque aperiat ad maiora, ad quæ eum virtus inflammare magis, ac magis debet. Exempl. lib. 15. Epiſt. 7. 8. 9. 12.

EXEMPLVM.

ET ſi mihi nunquam dubium fuit, cùm ex votis meis, tùm ex meritis tuis, quin digna virtutis præmia obtineres cum incredibili bonorum omnium lætitia: tamen vt accepi te Prouinciȩ prȩeſſe immenſo pene gaudio affectus ſum: eumque honorem ita Deum tibi fortunare volo, vt gradus ſtatuatur, per quem ad maiores dignitates contendas. Interea ego tibi gratulor, mihique gaudeo, non quidem, vt legem conſuetudinis ſequar, ſed vt obſeruantiam in te meam teſtificer, ita, quæſo te; fac habeas id gratum, acceptumque officium, non aliter quam ſtudioſæ pignus in te meæ voluntatis: quando etiã, atque etiam peto, vt me ames, & diligas, atque in eorum numero habeas, qui potiori quodam ſtudio, ac ſincero animo omnia tua cauſa feliciſſimè volunt. Vale. Nono Kalendas Sextiles. M.DC.LII.

De Collaudatiua Epiſtola.

LAudatoria vix à reliquis ſeparatur, ne adulatoria videatur, ſed

vſu venit, vt in conſolatoria laudetur perſona demortua, vt in commendatoria laudetur is, qui commendatur, in hortatoria res, quæ ſuadetur. Si tamen cōtigerit citra adulationem diſiunctim vſurpare.

Primò Virtus exagerabitur, quæ nullis verbis poſſit ſatis laudari; amari tamen ab omnibus debeat.

Secundò Parta gloria prædicabitur ab ingenio, doctrina, moribus, rebus geſtis cæteriſque virtutibus.

Tertiò pro Perſonarum conditione breuis adhortatio, vel deprecatio addi poteſt, quæ ſit veluti ſtimulus, & calcar ad virtutis incrementum.

EXEMPLVM.

SEntio cumulari me ſummo gaudio, dum audio te Virum egregium in liberalibus diſciplinis, & ſcientijs perfici, ac magis, magiſque ingenio, & induſtria excellere. Ego te non mediocriter diligebam, mox etiam amo, diligoque ſummoperè: enim verò ſi amoris excitatio pulcritudo eſt, cum ſit virtute nihil pulcrius, vtique ea eſt nihil amabilius: ſemper antea tui ſtudui propter ſingularem probitatem tuam, ingenium acre, mores ſuauiſſimos, & ſummam egregiæ indolis expectationem; ſed in præſentiarum cum intelligo virtutem tuam prorſus expleri, ac per-

perfici, ſic incendor, vt nemo ſit, qui te amet ardentiùs, quinimmò ingens eſt cumulus voluptatis, qua ob tuam laudem afficior, in cuius curſu quid eſt, quod audeam te hortari; ſic enim (vt dici ſolet) currenti calcaria admouerem: virtus ipſa animo tuo ingenita ſui met æmula excitat: faxit Iupiter, vt diutiſſimè viuas, qui vberem gaudiorum ſegetem amicis tuis, ac familiaribus afferre valeas. Vale iv. Nonas Sextiles, M.DC.LII.

De Officioſa Epiſtola.

OFficioſa ſpontè operam defert, vltrò gratiam elargitur, munus offert, ſeruitutem deuouet, verbis beneuolentiam, & obſe ruantiam præſtat.

Primò demonſtratur debitum obligationis, quæ oriatur ab amici meritis, aut ab officio familiaritatis, & beneuolentiæ, propter quam quidquid operæ, quidquid curæ, ac diligentiæ eſt in altero, alteri debetur.

Secundò ſine iactantia commendabitur voluntas præſtandi officij, quæ magis, ac magis inflammatur, vt gratificari Amico poſſit, ac ſatisfacere eius meritis.

Tertiò hortabitur Amicus, vt omnia cauſa ſua, & ſuorum poſtulet, expectetque omnia honeſta, & vtilia ab eo, qui ſe votis eius totum dedit, dicatque.

Exemplum. lib. 6. epiſt. 15. & lib. 5. epiſt. 18.

EXEMPLVM.

SIngularibus promeritis vtique tribuenda eſt plena omnis officij voluntas : quo circa cum ego me tuis beneficijs cumulari ſentio , omne quidem ſtudium , facultatem , & induſtriam meam commodis tuis adijcio, vt adeo in omni re pro arbitrio tuo opera mea vtaris: enim verò recipio tibi me daturum omnem operam , vt tuo deſiderio, meoque ſtudio cumulatiſſimè ſatisfaciam, qui ſic officijs tuis magis, ac magis deuincior, atq; obligor. Vale optimè, ac felicitèr. Romæ, Idibus Auguſti, vel Idibus Sextilis. M.DC.LII.

De Epiſtola Dedicatoria.

NVncupatoria Epiſtola grauis eſt, & vſu frequens, quæ theſes ſcholaſticas, elucubrationes, volumina viris egregijs, conſecrat, & dedicat, ſiuè vt Scriptor gratiam Hominis præſtantis, ſiuè patrocinium paret ſuis operibus contra Momos, & Zoilos.

Primò Exordium liberum eſt, quod auſpicari poteſt ab aliqua ſimilitudine, vel à meritis eius, ad quem ſcribitur, qui ſit Vir egregiùs. nobilis, doctus, ingenioſus, litteratorum Mecænas.

Se-

Secundò Inſtitutum, intentio, finis, vtilitas, ac dignitas ipſius operis aperiatur: tùm citra adulationem referantur laudes eius, cui opus nuncupatur.

Tertiò opus, quod viro inſcribitur precabimur, vt benigna fronte, ſereno, animo, læto vultu accipiat veluti pignus obſequij, quod exhibetur. Huius Epiſtolæ præcepta pendent à prudentia Scriptoris, quam comparare ſibi poteſt à multorum exemplis maximè Manutij, Muretę, qui nobilis ſui ingenij partus Typis mandarunt.

EXEMPLVM.

HAſce legales theſes, Eminentiſſime Princeps, in tuorum campo meritorum ampliſſimo inſero: quæ te Patrono innatæ, te quoque tutore viuere cupiunt, vt ita perennem vitam nanciſcantur: ſic enim nullos volucrum rapaces vngues pertimeſcent, immo te fautore erigent ſublimem apicem, vbi opprimi pondere inuidiæ nequeunt. Excipe illas, Eminentiſſimè Princeps, ſerena fronte, benigno vultu, quaſi teneras plantas ferentes fructus obſequij, & obſeruantiæ meæ in ampliſſima promerita tua. Intereà quæ dignitatis tuæ incremēta volumus, à Deo impensē deprecabimur. Rom. xij. Kalendas Septēbris. Anno aſſertæ ſalutis, M.DC.LII.

De Suaſoria, & hortatoria Epiſtola.

SVaſoria dubitantibus conſilio ſuccurrit: hortatoria quaſi calcaribus excitat ceſſantem animum. Contextus Epiſtolaris vtrique communis eſſe poteſt.

Primò in Exordio captabitur beneuolentia ea ratione, vt dicatur amicos adiuuandi nullam prætermitti occaſionem, aut congratulari egregiæ voluntati, atque indoli, quæ honeſtis operibus facilè ſtudeat.

Secundò ad ſuadendum, & hortandum argumenta deducantur ab honeſto, ab vtili, à neceſſario, à facili, à ſpe bonorum, à metu malorum, ab amore amicorum, ab odio inimicorum, ab expectatione ſuorum, & ab exemplis maiorum.

Tertiò addi poteſt deprecatio, quæ magis animum inflammet, quæque ab amico idem officium flagitet, cum opus fuerit. Exempl. lib. 4. Epiſt. 7. 8. 9. Epiſt. 11.

EXEMPLVM.

TEſtis mihi met ipſi ſum quam vehementer me inflammari ſentiam ſemper, vt te in curſu honoris, ac gloriæ, progredi videam: enim verò tuam à teneris (vt aiunt) vgniculis ingenij, ac

ac naturę indolem ſingulari beneuolentia proſecutus ſum, quæ quidem omnibus ſpem præbuit futurum fore, vt vir doctrina egregius fieres, cæteriſque coæqualibus præcelleres. Omnes in ea ſpe ſumus; quamobrem oportet te honeſtis ſtudijs incumbere, vt omnium, qui tuam laudem cupimus, expectationem de te compleas. Age igitur, perge inſtituta ſtudia, atque ita effice, vt calcaribus egere virtus tua minimè videatur, vtque honorem conſequaris, qui te virum vndequaque ſpectabilem præſtet. Spero fore hanc meam exhortationem à ſingulari amore in te meo profectam, ſtimulos (vt dici ſolet) currenti ad moturam, quam tu velut diligentis Amici (cui laus tua vnicè cordi eſt) officium accipias velim. Optimè, ac feliciſſimè viue. Romæ v. Kalendas Septembris, M.DC.L.II.

De Lamentatoria Epiſtola.

Lamentatoria eſt, qua nunciamus amico rem aduerſam, vel vt ſciat, vel vt opitulemur. Si prima de cauſa præcepta nunciatoriæ adhibebuntur, interiectis exclamationibus doloris. Si ſecunda de cauſa

Primò amicitiæ ratio commendabitur, quæ Amicos rerum omnium participes velit.

Secundò rationibus doloris allatis ca-

caſus aduerſus exagerabitur, quas rationes ipſe dolor Magiſter optimus admonebit.

Tertiò ſpe remedij ſignificata ſubſidium peramicè efflagitabitur.

EXEMPLVM.

NIſi officium neceſſitudinis noſtræ me impelleret, vt de rebus meis omnibus te certiorem facerem, nihil nunc ad te ſcriberem de caſu, quo ego grauitèr perculſus ſum, ne doloris particeps fieres. Proh Hominum ſpes fallaces! O' nulla humanæ vitæ felicitas! Heù quam doleo, ſpem omnem mihi ereptam eſſe, vt fructum cuiuſdam eximiæ virtutis degustarem. Flos ille ingeniorum Scipio noſter, cuius conſuetudine frequentiſſimè delectabamur bonis eius litteris, & iucundiſſimis moribus perfruentes (proh caſus iniquus) quodam inflammantis ardore febris corrreptus elanguit, ac perijt. Heù mihi miſero! Vnde omnem voluptatem ante capiebam, nunc omnem dolorem haurio, eiuſque iacturam ægrè patior, qui ætate, vita, doctrina, moribus, ingenio ita efflorebat, vt vberes lætitiæ fructus amicis eſſet allaturus. Acerba mors! quæ non paſſa eſt nos natura hominis virtute frui. At qui neceſſe eſt nos homines eſſe non obliuiſci, quos his caſibus obnoxios natura ipſa fecit:

im-

immo qui non ignoramus, omnia Diuino conſilio fluere: Non igitur dolori ſuccumbendum eſt; conſolor enim, cum intelligo, me à te amari, ac diligi, quo etiam amico iucundiſſimo propediem coram frui ſpero. Vale igitur, & vtere melioribus fatis. Romæ Pridie Nonas Septembris, M.DC.LII.

De Monitoria, ſeu Reprehenſiua Epiſtola.

Reprehenſiua amicum admonet, modeſtè tamen, & ingenuè, vel de intermiſſione litterarum, vel de non præſtito promiſſo, ſeu de aliqua culpa, quæ amicam admonitionem non reſpuat.

Primò Exordium ducitur à conqueſtione, ſeu exclamatione, quæ dolorem animi proferat, ſiuè à diſſimulatione, aut excuſatione erroris.

Secundò Narratio facti ſine acerbitate ſubſequitur, quæ oſtendat, cur non rectè factum, cur corrigendum, & emendandum.

Tertiò Exhortatio, ſeu Deprecatio epiſtolã cõcludit, vt ſic amicus velit reſipiſcere. Exẽpl. lib. 11. Ep. 10. & paſſim.

EXEMPLVM.

Quid Amicus Amicum monere timeat, ſi quando de re illius aga-

agatur: quia fortaſſe (vt inquit Terentius) obſequium amicos, veritas odium parit? abſit hic timor à vera amicitia, qua ab ineunte pueritia te ſemper ita complexus ſum, vt mihi tecum omnem fortunam communem reputauerim: & quidquid video conducere commodis tuis, id pertinere ad rem meam. Non equidem ignoras quam facilè homines ſpecie recti decipiantur, ac propter vicinitatem vitij cum virtute, quam frequenter ad illud deflectant. Vir ſapiens, qui non peccat: homo ſtultus ſæpè errat. Tu pro tua dignitate, atque virtute, quæ tibi copioſa ſeges erat ad laudem, omnia præſtare videbaris: teque omnibus liberalem, humanum, ac facilem exhibere. Nunc rumor eſt, cui licet fidem minimè habeam, eo tamen laus tua obducitur; te nimirum quadam quæſtus cudiditate inflammatum aliquam auaritiam redolere, atque à virtute (quæ media via incedit) declinare. Vulgus improbus quidem eſt, neque vlla fide dignus, nihilominùs, prouerbio fertur, & caſtè, & cautè: Honor, & quæſtus nihil conueniunt; liberalitas, & auaritia vehementèr diſcrepant; ſapienti pauca. Æqui boniquè facito admonitionem hanc meam, eaque vtere pro antidoto, ſi morbus adhuc nullus eſt, qui remedium quærat: ego Pol ſincerus amicus amo fortunam, & felicitatem tuam; tu pariter me

me ama, & cum opus eſt, etiam mone. Vale. Romæ, iij Idus Septembris, M.DC.LII.

De Excuſatoria Epiſtola.

Excuſatoria, ſiuè Defenſiua obiectam culpam expurgat.

Primò transfert cauſam in caſum, in fortunã, in imprudentiam, in neceſſitatem, in occupationes, in anguſtias temporis, in morbos, in pericula.

Secundò vel, ſi poteſt, in ipſum reprehenſorem fabam recudat, qui ſe ipſum in eo condemnet, in quo alios accuſet, id tamen fiat ſine acerbitate, imò cum leporibus, & facetijs.

Tertiò vel pro loco, & tempore confiteri poteſt peccatum, & efflagitare veniam cum promiſſione certæ correctionis, & bonæ voluntatis in ipſum monitorem. Exempl. lib. 10. epiſt. 2.

EXEMPLVM.

Culpas negligentiam meam, atque tarditatem officij incuſas, quod votis tuis me deeſſe minime oportebat; id vtique non feci obliuioſus, neque immemor meritorum tuorum. Quidam repentinus morbus, qui me grauiter occupauit, me ipſum mihi, & amicis eripuit, vt venire in forum non modo non potuerim, vllamque negotiorum cu-

ram gerere, ſed præ doloribus, vix ſomnum, & cibum ad vitam capeſſere. Vbi ego melius conualuero, nullum officium, nullum ſtudium meum in rebus tuis deſiderabis; dabo enim operam ſedulam, ac diligentem, vt celerius perficiam, quidquid aduerſus caſus retardauit; non deero officio, cura, ſtudio, opera quotidie in foro, cum iudicia exercentur, vt rerum tuarum ratio habeatur, quæ propediem ab omni lite explicentur. Intereà fac ſis in me æquo animo, atque vt ſolebas, me ama. Vale, xiv. Kalendas Octobris, M.DC.LII.

De Iocoſa Epiſtola.

IOcoſa Epiſtola locum tantum habet apud familiares, eoſque præſertim, qui lepido ingenio ſunt, & iocis recreari ſolent, apud Heraclitos, & Catones riſus non eſt excitandus.

Primò in hoc genere præcepta certa nulla tradi poſſunt: ſales enim, & facetiæ alijs etiam Epiſtolarum generibus pro loco, ac tempore immiſcentur: quinimmò inter iocos aliquid ſerium inſeritur, nè ſcriptor totus mimus videatur.

Secundò ſi tamen contigerit dedita opera iocari cum Amico, licebit proferre quidem quidquid in buccam venit, neglecta etiam cura ordinis rerum,

rum, & verborum; ſenſus tamen non ſint ſtulti, dictiones non barbaræ, ioci ingenioſi, tempeſtiui, liberales, vrbani, lepidi, feſtiui, quos natura melius, quam præceptio ſuggerit.

Tertiò quandoq; fingi poſſunt ſomnia lepida, quæ amicis narrentur, ſed honeſta, pulchræ fabulæ, ſed morales, & ſi quid aliud ridiculum occurrerit. Exempl. ad Att. ad Piſonem, ad Trebatium, lib. 7. familiarium Epiſtolarum; Epiſt. 12. 19. 26.

EXEMPLVM.

APud nos dies penè, ac noctes viuitur in litteris, legitur, ſcribitur, academicæ exercitationes habentur, orationes, & poemata, alias etiam diſceptatur, partim Stoicorum opiniones confirmant, partim Peripateticorum ſententias propugnant; porrò nulla fit temporis iactura, quod cum lucro ſemper redimitur. At verò tam multis litterarum exercitationibus obtuſum caput gero: vnde cogito venire in Tuſculum, vt aliquot dies à curis animum reficiam meum: quamuis autem puer tuus, qui nudius tertius in foro bouario mihi obuius factus eſt, me certiorem fecerit, te ex pedibus laborantem in lecto iacere (quod vt debeo moleſtè fero) tamen iſthuc veniendi cogitationem non abieci, vt te

pla-

planè videam, viſam, & tecum cœnem ſemel: neque enim arbitror te podagro coquum eſſe arthitricum: ego herclè amici amicus mera beneuolentia delector: ne quid igitur ſumpti facias: homo enim ſum, neque multi cibi, neque edax, immo presbiter infenſus Cœnis Pontificalibus. Vale, teque diligenter cura. Pridie Kalendas, Sextil. M.DC.LII.

De Commiſſiua, ſeù Mandatiua Epiſtola.

COmmiſſiua adhiberi ſolet, vt alter alteri nunciet de cura rerum, ſiuè expeditione, ſeù tractatione negotiorum habenda: vnde præter breuitatem, & ſermonis elegantiam nihil habet artificij.

Primò Exordium duci poteſt à fiducia, quam in amico quis habet, vt omnia ad vota efficiat.

Secũdò narrabitur quid, quo, cũ, vbi, quomodo, quando res tractanda eſt, quæ facilis ſit, neceſſaria, & honeſta.

Tertiò additur compenſatio operæ, & laboris, ſi quid pro altero ſit præſtandum. Exempl. lib. 14. epiſt. 20.

EXEMPLVM.

ADeo conſcius ſum humanitatis in me tuæ vt, non dubia ſpe adducar, fore vt ipſe daturus ſis operam com-

commodis meis , atque amicorum . Romam puto me venturum ad Kalendas Decembris, & fortaſſe mecum erunt quatuor alij viri præclari, & familiares, qui toto reliquo anno cogitamus iſthic commorari, vt aliqua, quæ noſtra interſunt, negotia explicemus. Peto igitur à te, vt cures meo nomine, qua conſueuiſti diligentia, parari nobis Domum ſatis commodam in loco Vrbis maximè oportuno, ità reliqua quæ ſunt ad ſupellectilem, victum, & valetudinem neceſſaria. Syngrapham permutationis cum litteris ad te mitto, vt centum aureos à Trapezita accipias, quibus vti ad impenſas poſſis. Confido fore abs te votis noſtris cumulatiſſimè ſatisfactum iri, qui ideo rerum mearum rationes prudentiæ tuæ commendo, vt probè intelligas, me omnia tua cauſa cupere, ſi quod eſt, quod opera mea, labore, & induſtria rebus tuis valeo. Cura valetudinem tuam diligenter, vt frui noſtra conſuetudine valeamus. Bononiæ viij. Kalendas Octobris, M.DC.LII.

De

De Epiſtolis Mixta, & Reſponſoria.

Caput Vltimum.

MIxta vt pluribus epiſtolarum formis conſtat, nec vllum peculiare præceptum habet, niſi vt ſit dilucida, ornata, connexa, ne difluat.

Primò reſponſoria neque certa præcepta habet, quia aut obiectam culpam purgat, aut gratias agit, aut ſingillatim ad ea, quæ rogantur, reſpondet. Quiſque in reſpondendo ſe facilem præbeat, nec enim decet præterire officium reſponſionis, ſine graui nota, & noxa. Exempla vbique.

EXEMPLVM MIXTÆ.

QVanti te faciam, hinc accipe: admoneri me abs te, non exorari oportebat, qui cupio vehementer optatis tuis ſatisfacere. Eodem puncto temporis, quo tuas accepi, curaui diligentiſſimè rem ex ſententia ſumma celeritate abſolui. Æqui, bonique conſule voluntatem in te meam; enim vero quidquid valeo, tibi valeo. Lepidus, quo

quo cum mihi ſumma neceſſitudo eſt, iſthuc proficiſcitur: eum meo nomine habe maximè commendatum. Vir quidem dignus eſt omni officio, ingenio, vita, moribus verè Lepidus. Ab eo de publicis, ac priuatis rebus cognoſcere melius poteris: neque enim Virum amiciſſimum aliquid cœlaui, quod vellem te non ignorare; ſed iuſſi tecum oretenus agere accuratius. Tu velim ad nos reſcribas, quid iſthic agatur, an noſtri rectè valeant, qui ſit ſtatus ciuitatis, quæ hoc anno vilitas annonæ, an ſtudia litterarum floreant: & ſi quid aliud eſt, quod nos ſcire debere exiſtimes. Cura vt valeas. Romæ v. Kalendas Octobris, M.DC.LII.

EXEMPLVM.

RESPONSORIÆ.

Litteræ tuæ, quas ad me dediſti, mirabiliter mihi gratæ fuerunt, tùm grauitate ſententiarum, atque verborum (erant enim ſanè elegantes) tùm etiam rebus ipſis, quæ erant grauiſſimæ, & maximæ: admonebant enim res humanas contemni oportere, atque animum ſemper geri armatum contra fortunæ tela, quæ cogitatio nos ab omnibus moleſtijs abducit, transfertque ad ea, quæ in omni caſu affici perturbatione non patiuntur. Quæſo te, fac vt

lit-

litteris tuis frequenter capiam virtutis fructum,& voluptatis. Nihil enim mihi gratius eſſe poteſt, quam ſummã tuam in me beneuolentiam coniunctam pari prudentia videre, atque cum verborum elegantia vitæ ſimul documenta. Quare te rectiſſimè valere cupio, vt conſuetudinis tuæ fructu frui diutiùs poſſim. Vale etiam, atque etiam. Romæ Pridie Kalendas Octobris. M.DC.LII.

* * *

LAVS DEO.

CAMILLO

A S. HIERONYMO.

IO: FRANCISCVS A' IESV.

*E*LONGO *torpore excitatus id tandem ad te litterarum, expectatis longo tempore tuis, exaro; teq; virum omni ſcientia politiſſimum ſuper quadam Virgilianarum Eglogarum lectione conſulo: Canit enim Maro in prima Egl. Libertas, quæ ſera tamen reſpexit, inertem.*

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat. Ita ne hæc duo carmina interpungenda ſint, an illo alio pacto, lis eſt

Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inertem
Candidior; poſt quam tondenti barba cadebat.

Si enim primo modo interpungendum eſt, ſecundus verſus non videtur procedere; Virgilius enim, qui illa Egloga Tytiri perſonam agit, tunc temporis, quo tempore Eglogas ſcripſit vt ex eius patet hiſtoria, candidam non dum barbam emiſerat, imò iuuenis admodum erat: qui igitur candidior eius barba dicitur; Secunda

verò

verò lectio non videtur incongrua, quia vtrumque verſum venuſtat; dicitur enim libertas candidior; ideſt vt explico, felix, proſpera; nam quæ felicia, ac proſpera ſunt, eadem candida Poetis dicuntur; Vnde Ouidius felix, & candidum ſynonimicè videtur coniunxiſſe. 4. de Pont. Eleg 4. Candidus, & felix annus; & triſt. 4. Fato candidiore frui, ideſt, feliciori. Superuacaneum eſſet illud addere, proceſſiſſe nempè hunc loquendi modum ex calculis albis, nigriſque; albi namque proſperam ſententiam, vel ſuffragium, nigri infelicem denotabant; Vnde Ouidius Methamorphoſeos, is, candida ſententia ſcripſit; Itaque ſuam ait Tytirus libertatem fuiſſe candidam, quaſi ſibi albis datam calculis, & permiſſam. Hæc ego diſcipulos docebam, cùm venit in mentem ad calcem eiuſdem Eglogæ vacari Tytirum ſenem à Melibeo, vbi occinitur fortunate ſenex ſemel, & iterum; poſſet igitur, immò omninò dici debet Tytirus fuiſſe ſenex; non tamen Virgilius Tytiri perſonam agens ſenex fuiſſe dici poteſt, nec debet. Abſtulit has tenebras, vel pro prima interpunctione ſtetit Turnebeus aduerſ. lib. 1. cap. 26. cum alijs doctis; aſſerit ille libertatem dari ſolitam eſſe Senibus tantùm, non Iuuenibus, qui apti ſunt ad labores; Virgilius itaque licet Iuuenis eſſet, quia tamen libertate donatus iuxta veterem morem ſenex in Tytiro dici poterat.

Hinc illud ortum de ſeruis: ſatis ſpe-

cta-

ſtatus: ut ſatis ſatis ſeruum Iuuenem ſpectari potuiße credere poſſumus ? vtramque tibi exhibui explicationem, quam expecto donec tu reſponderis in neutram inclino. Vale, Narniæ, iv. Nonas Sextiles. M, DC. XXXIV.

IO: FRANCISCO A' IESV.

NARNIAM.

CAMILLVS

S. D. P.

EQuidem aliquantò ante latheis aquis emerſeram, quando te excitatum è longo, ut ais, torpore dignoui; quanquam torpor ille tuus (ſi torporem denominare fas eſt) ingenio me torpentem excitat præſtantiſſimo ingenio. Scitaris ab amico Condiſcipulo, non ut amor alluc... atur, ſcientia politiſſimo, ſed ſtudij quilem omnis ergà te cumulatiſſimo, in quam uero ſententitm, vtri nominum Barbæ, el libertati, Candidior, Epitheton dijciendum ſit ? porrò nihil aliud affirmare poſſum, niſi opinionem meam petenti amico

ob-

obaudiens; videtur enim mihi non ad libertatem, quod præceſſit. ſed ad Barbam, quod ſequitur, referenda vox, Candidior; Siquidem, & ſi Virgilium viginti octo annorum bucolica ſcribentem agnouerimus, ne vtique ignoramus, canos dici ſenſu hominis; quid igitur, ſi adhuc Iuuenis ſenili iudicio condecoretur, ſi ſenex vocitetur, ſi attributa ſenectutis ſortiatur? Atqui fortè natura obſtat, eſſe quem annis Iuuenem, & Barbam emiſiſſe canam? Eſt in vita teſtis apud Campias, qui non dum viginti quinque annos agit, & caſus ferè totus eſt, quid etiam ſi candidior idem reſonaret, atque ſplendidior? Præterea Poetas præciniſſe ſæpius futura nouimus, vt præſentia; Alibi nanque ipſe Virgilius; Portuſque require velinos, qui non dum velini dicebantur: idcircò in præſens: Candidior poſt quam tondenti barba cadebat, vertendum eſt; quando candidior barba cadet, tūc pleniori modo libertas reſpiciet; ſic fortunate ſenex non ad ætatem refert Seruius, ſed ad fortunatum futurū ſenem atq; ideò per enallagem apponitur tempu pro tempore, nempè ſenectus pro virilitate Neque enim candidior videtur referri poſſe ad libertatem, cum verbum reſpexit felicitatem innuat, & propitiam fortunam, ſi apponenda præterea vox; candidior, ambæ idem notarent, quod fruſtr videretur; nec optimam referrent lectioni ſententiam, quæ ita (vt opinor) erit explicanda: libertas ſera reſpexit inertem, qua

dicat,

dicat, adeò ſera libertas reſpexit modo inertem, vt tunc eſſem cano capite, & imbecilli corpore, & tonſeri meo barba mea caderet candida, & alba; Subit etiam illud; quam vis Iuuenis vinculis ſolutus omnibus ſeruitutis exiſtat, ſeruit adhuc effrænatis animi cupiditatibus, hinc non planè libertate donatus, igitur ea fruetur plene ad ſenectutem, cum motus cupiditatum reſederint. In qua ſenectute (quod notauit Iunius lib. de coma cap. 2. quem adduxit Pontanus in comm. ad Virg. egl. 1.) veteres, vt recrementitia ſenibus crinium ſiluam tollerent; aut tondebant forficula, aut radebant nauaculis, aut digitis vellebant, aut volſellis eradicabant, aut digladiatorijs medicamentis extinguebant, aut denique pice, reſinaque extirpabant. Verumtamen, vt extremem Epiſtolæ manum imponam, malo, eodem Seruio annuente, affirmare ibi allegoricè loqui Tytirum Paſtorem ſenem, qui nec perſonam Virgilij agat, ſed ad eum tantummodò referat, quod dixerit. Hæc tibi ex opinione habui ſcribenda, cæterum eadem meliori iudicio diſcutienda relinquo; lippus enim & oculis affectus malè iudicat de coloribus. Vale igitur, & ego, ſi quid valeo, tibi totum valeo. Romæ Nonis Auguſti, M.DC.XXXIV.

FINIS.

ROMÆ.

Typis, & Expenſis Ægidij Ghezij.



M.DC.LXV.

Superiorum permiſſu.

METHODVS
EPISTOLARIS
SIVE
BREVES INSTITVTIONES
AD LITERAS CONSCRIBENDAS.

METHODVS EPISTOLARIS.

SIVE

BREVES INSTITVTIONES AD LITERAS CONSCRIBENDAS

Auctore

A. R. P. CAMILLO

A S.Hieronymo, Vrbinate

Clericorum Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum Collegij Nazareni in Vrbe Rectore.

ROMÆ, M.DC.LXVI.

Typis Ægidij Ghezzij.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

DOMINO

IO. FRANCISCO GINETTO

CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICO.

Ioſeph à S. Euſtachio Piſauren. Cleric. Paup. Matris DEI Scholarum Piarum Procur. Gener.

LIBELLVS hic de cõſcribendis Epiſtolis ſuum te ſibi adſciſcit Mecœnatem. An optimè rebus ſuis conſuluerit, quis non videt? Inuenit quidem tuis in Gentilitijs Roſis apta quibus ſe tùm *muniat*, tùm *ornet*, inſtrumenta. Roſeo enim

ipſa-

ipſarum colore exornatus, tuarumq; Virtutum odore fruens, hiſtoriam efficiet, quæ fortaſſe alijs videbatur fabula, Aſtomorum ſcilicet gẽntem odoribus nutriri. Ornant igitur, atque maximè ornant tuæ Roſæ. Quòd autem muniant, nemo non aſpicit. Fugient proculdubio obtrectantium manus, niſi aculeatis ſpinis cruentari velint. Nō accedent theonino armata dente detractorum labia, niſi vltricia experiri velint in ſe acumina. At cur ſpinas in tuis Roſis ſupponam? Amoris ſunt Hieroglyphi-

cum:

cum : ideoque ſine ſpinis ſunt. Tales prorſus tellus produxit Roſas, antequã parentum ſcelere violaretur. In his igitur, tanquã in Amoris, & Beneuolentiæ delubro, paruulum hoc Libelli votum appendo; vt in ipſo, tùm Auctoris, tùm mei in te, tuumque Eminentiſsimum Patruum non leuis obſequij argumenta, tanquam in ſpeculo intuearis. Hoc te etiam atque etiam rogo. Vale. Romæ è Collegio Nazareno Nonis Maij M.DC.LXV.

LE-

LECTORI
IO: FRANCISCVS
Ab IESV MARIA
Coriolanenſis Hydruntinus.

EPiſtolicæ Facultatis Libellum, dogmatico, & paradigmatico inſtructum compendio, habes ob oculos, Lector beneuole. Lege, vt diſcas, ſi adhuc in literario certamine tyro es: fruere, quæ iam didiciſti, ſi emeritus. Vtrique placuiſſe Auctor in optatis habuit; ſi cuipiam fortaſſe diſpliceat, intellectus eſt error, non voluntatis. At, ne intellectus quidem, nam neque bona omnibus placent.

Ha-

Habuiſti Grammaticam, excepiſti Progymnaſmata, nõ recuſaſti Rhetoricam, æquiboniq; feciſti Poeticam; vna deerat Epiſtolaris Methodus; En tibi humaniorum literarum coronidem. Lege, & Vale.

AD

AD AVCTOREM.

ANDREAS PESCHIVLLIVS
Coriolanenſis Hydruntinus.

SI non tu Phœbo, tibi ſed Deus ipſe miniſtrat,
Nomen ab Antiphraſi, docte Camille, tenes.

Idem ad Lectorem.

PAruus mole Liber, duplex verum utile claudit;
Quod docearis enim, quod que imiteris, habet.

ME-

METHODVS EPISTOLARIS.

Siuè

BREVES INSTITVTIONES AD LITERAS CONSCRIBENDAS.

Proœmium.

ET ſi plerique Scriptores qui de re literaria benemeriti ſunt, ad perpendiculum de Epiſtolis exarandis tradiderunt, ideòque in earum tractatione plus laboris impendendum non videatur; quia tamen munus officij diligentis Præceptoris eſt; nihil relinquere quicquam intentatum; quod Auditores poſsit inſtituere ad eruditionem celeriùs, & expeditiùs vtique abs re nobis viſum non eſt, ſi diffuſa alibi conſcribendarum Epiſtolarum præcepta in hanc methodum referremus, quam conſcriptàm ex noſtro genio vobis proponeremus, vt facilior concederetur facultas ad expolitam

familiaris ſermonis rationem. Quoniam vero vt viſum eſt in 1. Officiorum, *omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit, quo de agitur*, videndum eſt primo loco, quid ſit Epiſtola; tum eiuſdem genera diſtinguenda ſunt. Tertio, virtutes, & vitia aperienda. Quarto, de partibus agendum; vltimo de ſingulis Epiſtolis breuiter tractandum, vt, artificio omnium ferè epiſtolarum demonſtrato, facilior earumdem conſcriptio comparetur ad quotidianam familiaris vitæ inſtitutionem.



Quid

Quid ſit Epiſtola. & vnde dicatur.

CAP. I.

MVltifariam ab Authoribus Epiſtola definitur; alij dicunt eſſe *collocutionem inter abſentes ſcriptam*; alij, inter quos Libanus, *colloquiū literarum abſentis abſenti factum*; alij quorum vnus eſt Tullius, Epiſtolam, aiunt, *eſse orationem, quà certiores facimus abſentes, ſi quid eſt, quod eos ſcire oportet, aut noſtra interſit*; alij, & breuiùs, *ſcriptam abſentis cum abſente collocutionem*: Atqui omnes, (vt eſt in prouerbio) idem dicunt per diuerſa. Nos autem cum Demetrio conuenientiùs ſic definiremus: *Epiſtola eſt animi ſenſus, ſeu animi ſimulacrum, & imago ſcripta ad abſentes, vel quaſi abſentes de his rebus, quas alter alteri notas eſse velit.*

Dixi: Epiſtola eſt *ſenſus animi ſcriptus*, quia cum explicamus mentis conceptum ſine ſcriptione, non admittitur nomen Epiſtolæ. Addidi: *abſentis ad abſentes, vel quaſi abſentes*, quia qui præſto ſunt, non opus habent epiſtola; ſcribi nihilominus poteſt ad quaſi præſentes, quem morem ex hiſtorijs cognoſcimus ſeruaſſe Auguſtum cum Liuia, qui mutuò per litteras grauiora negocia tractare conſueuerunt quæ conſue-

ſuetudo hac noſtra memoria fermè propria eſſe ſolet paciſcentium, & mercatorum. Dixi: *de rebus, quas alter alteri notas eſſe velit*, ad hoc enim epiſtola reperta eſt vt cogitata aliorum ad alios fida interpres, & nuncia deferat, & diſiunctos longo locorum interuallo tanquam præſentes faciat ad inuicem colloqui. Dicitur autem à Græcis. *Epiſtellin*, hoc eſt latinè mittere, ſeu miſſoria quod ad abſentes loco nuncij mitti ſoleat, & tamquam alter Mercurius legatione fungatur ad amicos.

De generibus Epiſtolarum.

CAP. II.

PRæmiſſa Epiſtolarum definitione ordo poſtulare videtur, vt videamus ad quot potiſſimùm genera reduci vniuerſæ Epiſtolę poſſint; multa enim quidam conſtituerunt earum genera, & tot, quot res, de quibus certiores fieri poſſunt amici: Idcircò dixerunt genus accuſatorium, quo accuſatur, genus petitorium, quo quid petitur, & ita de cæteris; ſed hæc multa ad tria frequentiùs reducuntur, vt placet Tullio lib. 2. de famil. ep. 4.

Vnum *negociale*, ſiue *nunciatorium*, quo certiores facimus amicos de noſtris, vel ſuis, vel alienis negocijs, ad

quod

quod genus omnes ferè, quæ ab ipſo Cicerone, Plinio, & pleriſque recentioribus litteræ ſcribuntur, reuocantur.

Alterum *familiare, & iocoſum*, quo amici cum amicis iocari, & ſe inuicem delectare ſolent; ad quod vniuerſæ ferè Tullianæ ad Atticum referuntur, in quibus quicquid ferè in buccam veniebat, ſcriptum eſt.

Tertium *ſeuerum, & graue*, quo de re ſummi momenti ad Rempulicam, vel ad mores ſpectanti ſcribimus, cuius generis habentur Epiſtolæ D. Pauli, & aliorum Apoſtolorum, Sanctorum Patrum, nec non quorumdā Philoſophorum, vt Senecæ, & noſtro tempore Pontificiæ, Imperiales, ac Regiæ.

Non me fugit, pleroſque aliter conſtituere genera Epiſtolarum; quarum multas, quæ arguunt, aut purgant ſub iudicio collocant, vnde genus *iudiciale*; plures, quæ ſuadent, aut diſſuadent ſub deliberatione, vnde genus *deliberatiuū*: Reliquas quæ quoquo modo commendant, aut vituperant, ſub laudatione, vnde genus *laudatiuum*; ſed horum cognitio abſolutos Rhetores attingit potius, quam litterarum adhuc candidatos.

Tulliana diuiſio vt eſt facilior, ita eſt vtilior ad concinnitatem ſtyli, vnicuique generi congruentis comparandam.

CAP. III.

GEnus ſcribendi triplex conſtitue-runt Rhetores.

Vnum *ſummum, & graue* conueniens dumtaxat grauioribus cauſſis, & orationibus.

Alterum *æquabile, & temperatum* aptum ſcribendis hiſtorijs, & tradendis præceptis.

Tertium *tenue, & infimum* adhibendum Dialogis, & epiſtolis: ait enim M. Tullius lib. 9. ep. 21. *Epiſtolas quotidianis verbis texere ſolemus, & in eis tanquam plebeio ſermone cum aliquo agere.*

Cum namque Epiſtola nihil aliud ſit, quam familiaris amicorum abſentium veluti quædam ſermocinatio, talis eſſe debet, qualis familiarem ſermonem eſſe decet: *Qualis*, inquit alibi, *ſermo meus eſſet ſi vna ſederemus, aut ambularemus, inelaboratus, & facilis, tales volo epiſtolas meas*: hoc eſt, vt explico, ſermo breuis, ſubmiſſus, gracilis, purus, quotidianus, humanus, apertus, & ſummatim talis, vt quamdam habeat neglectam dignitatem ſine cura accuratus: non tamen debet eſſe inconcinnus, ſuiſque carere luminibus, ſed alienis, quia ſicut non amat phaleras, ita ſcruta non patitur, aptus ad voluntatem ſcribentis

per-

perſpicuò, & iucundè explicandam.

Aduertendum eleuari plerumque ſtylum pro dignitate perſonarum, & rerũ tractanda materie: litteræ enim, quæ ad Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, Dynaſtas, Magnates, Ciuitates, Philoſophos, graues viros, & alios huius conditionis exarantur, altiori, & grauiori ſtylo exornari oportet. Itaque ſcripturus epiſtolam conſideret, & cui ſcribat, & quibus de rebus. Si qui ſcribit fuerit ſenex, cui ſcribitur, iuuenis ſeruanda eſt grauitas ſermonis quibuſdam ſententijs referta. Si iuuenis ſcribat ad ſenem, ſubmiſsè loquatur, & ſimplicitate quadam ornata verborum. Si qui ſcribunt erunt Principes, aut Theologi, aut Philoſophi, aut viri grauiores vna cum breuitate grauitatem ſequantur, quam aſſequi poterunt, ſi ab omni, quod iuuenile eſt, abſtinebunt. Si qui ſcribunt erunt familiares, & amici, ſi voluerint modeſto quodam lepore iocentur inter ſe, vtanturque tritis verbis, quotidianis, vel aliquando barbaris ad iocum. Si erunt æquales, iuxta materię varietatem vario ſtylo vtantur; æquales enim ſe inuicem conſolantur, hortantur, laudant, arguunt, mox etiam gratulantur, & iocantur. Idcircò res grauiores grauioribus, & amplis vocibus explicentur.

Rebus mediocribus quadam ſimplicitate concinnus ſtylus adhibeatur. In

rebus tamen humilibus aliquantulum eleuatur oratio, ne rebus, & verbis abiectis ſtomachus legenti moueatur.

In proſperis ſermo ſit gratulabūdus.

In aduerſis, & mœſtis promiſcuus cum iucunditate.

In iocis adſit acumen ingenij, ac lepor.

In hortatorijs procul timore vehemens ſit oratio.

In conſolatorijs blanditiæ reperiantur, & amica verba.

In ſuaſorijs grauitas connectatur ſententijs.

In narratorijs breuitas ſequatur dilucidıtatem.

In petendo verecundia illuceat.

Commendationes officioſis verbis condiantur, & ad ſummum pro vt argumenta rerum, & perſonarum dignitates requirere videbuntur, eius generis ſtylus comparetur; vt plurimum tamen ſolet eſſe ſimplex, & tenuis, non ideò vilis, & ineptus, ſed vt vrbanum, ac familiarem ſermonem decet, non fucatus, ſed neque ſtrigoſus. Meminerint qui ſtylum extollunt Epiſtolam eſſe texendam non Orationem.

De

De Vitijs.

CAP. IV.

VT præfatus ſtylus in Epiſtolis præſtetur, hæc infra poſita vitia ſunt ferè præcauenda.

I. Ne periodi effluant longiores, erit enim *ridiculum*, vt inquit Demetrius, *per periodos ire tamquam non epiſtolam, ſed iudicialem cauſſam ſcriberemus.*

II. Ne frequentes figuræ adhibeantur, tùm verborum, tùm maximè ſententiarum, quarum vſus crebrior eſt in cauſſis; ſic etiam verba metaphorica, & ea potiſſimùm, quæ Poetarum ſunt propria, & Hiſtoricorum, niſi fortaſsè de re poetica, ſeu hiſtorica ſcribatur: *Illa eſt enim virtus potiſſima epiſtolæ, vt verbis vtatur maximè proprijs.*

III. Abſtinendum eſt à dictionibus antiquatis, inuſitatis, & innouatis, hæ enim pariunt obſcuritatem, quæ maximum vitium eſt colloquij familiaris.

IV. Non admittendæ ſententiæ crebriores, eiuſmodi enim ornamenta citra familiarem ſermonem eſſe oportet.

V. Allegoriæ in longius productæ, ſiue inconciſæ ſententiæ, & imperfectæ vt plurimum reijciantur. Dixi: vt plurimum, quoniam hoc vitium vertitur laudi, ſi ſcripturus amico timidus ne in-

tercipiatur epiſtola, eaque nota ſint alteri, quæ ſoli amico nota eſse velis, obduces epiſtolę verborum tenebras, vt M. T. in quibuſdam familiaribus, & maximè ad Att. ſæpè facere conſueuit.

VI. Præterea figuris verborum vti non incongruum erit, præſertim quibuſdam metaphoris, quæ ſimilitudinem non remotam; ſed valdè propinquam habeant, cuius generis habetur: Sitio honores: Mordet me cura; hoc eſt; cupio honores: me cura ſollicitat.

De Virtutibus.

CAP. V.

EX his, quæ ſuperiori capite complexi ſumus, virtutes, quæ maximè ornant, & epiſtolam faciunt, colligimus.

Breuitatem *Simplicitatem*
Perſpicuitatem *Venuſtatem, ac*
Decorum.

Breuitas quidem maximè epiſtolas decet; ſi enim impleant vtramque legentis manum, nominis ſui iacturam faciẽtes librorum vocabulum ſortientur: ſic teſtatur Demetrius, reprehenſor Platonis, ac Tucididis in hoc vitio: neq; idcircò ſcriptor litterarum ſe adeò breuem præſtiterit, vt in illud Horatianum cadat. . . *breuis eſſe laboro obſcurus fio,*

Satis

Satis erit ſi nihil ſuperuacaneum addat, nihil iam dictum repetat, ſi rebus,quas ſcribit ſe accōmodet : ſi pauca ſcribat, ſuccinctus : ſi multa, quæ paucis exponi non poſſunt, longior : nec enim longior epiſtola dicetur, quæ multarum rerum neceſſariò eſt referta, & offendit (inquit Verepæus) in rebus copioſis,& amplis, litterarum breuitas, ſicut in rebus paucis, & ieiunis longitudo; immò verò præceptores quidam volunt admonitos Tyrones, ne breuitatem initio ſectentur, donec eis ſit maior ætas, & vberior doctrina, ſed vtantur ea floriditate, & copia verborum, quæ in adoleſcentibus maximè commendatur. *ſi quis enim principio breuitati ſtuduerit, poſtremò aridus euaſerit*.

Vniuerſaliter tamen præcipitur breuitas cum Principibus, & multum occupatis, ſicuti conceditur vberior litterarum ſcriptio valde inter ſe familiaribus, modò prȩfata ſuperius vitia non ſequatur.

Simplicitas conſeruabitur, ſi ſecundum præſertim, & quartum vitium præcautum fuerit; ſi in tota epiſtola ingenuitas quædam, & candor animi illuxerit; ſi elaborata ſtructura, & artificioſa quædam colligatio verborum nulla erit, aut potiùs occultata; licet enim perſæpè ſine nexu ex alio capite ad aliud tranſire, etiamſi videantur res ad rem non eſſe: præcipit enim M. Tul-

 lius.

lius. *Debere interdum allucinari epiſtolam*.

Perſpicuitas comparabitur, ſi tertiū, quartum, & quintum vitium reijciatur. Præterea ſi verba pura, latina, aperta, facilia, non obſoleta, non priſca, non dura, non poetica, non impropria, non turgida, non fucata, non phalerata, ſed ſimplicia, ſed grata, ſed florida, ordinata, propria, & propè (vt ita dicam) plebeia, vrbana, atque humana vſurpabuntur.

Venuſtas apparebit, ſi habita ratione rei, & temporis, pulchra adagia, argutas ſententias, verſus veterum Poetarū, dicta nobilia, & axiomata Philoſophorum, iocos lepidos, atque facetias, vbi opus erit, aſperſas fas erit legere.

Decorum accommodari debet tùm perſonis, tum rebus, vt ſcilicet ſcripturus rationem habeat, tùm ſuæ ſcribentis, tùm eius, ad quam ſcribit, perſonæ, tùm rerum, de quibus ſcribit, v. g. Si laudat ſe, modeſtiam ſeruet, ne in arrogantiam prolabatur; ſi alium laudat, caueat adulationem; ſi arguit, aut pungit, fugiat mordacitatem, & potius ſe id feciſſe per iocum aſſeueret, addita huiuſmodi vel ſimili particula (*licet mihi iocari tecum*) ſi conſolatur, aut monet, nimiam prudentiam, & iactationem euitet. In ſumma rerum, & perſonarū naturam vbique apprimè ſequatur: neque enim eodem modo ad Principes

viros,

viros, ad familiares, & ignotos de rebus grauibus & minoris momenti ſcribendum eſt.

De Partibus.

CAP. VI.

DVplicis generis partes epiſtolarũ conſtitui ſolent. Aliæ enim ſunt omnibus epiſtolis propriæ, ac neceſſariæ, vt

Titulus, Valedictio, Clauſula.

Aliæ communes, & non ſemper neceſſariæ, vt

Exordium, Narratio, Confirmatio, & Concluſio.

In prę ſentiarum explicabimus eas partes, quæ tamquam epiſtolarum proprię, nunquam variantur, reliquas cõmunes explicaturi ſingillatim ſuis locis, cum de ſingulis epiſtolarum ſpeciebus infrà ſermo erit.

De Titulo.

CAP. VII.

ESt in more poſitum tum apud Gręcos, tùm apud Latinos, vt principio epiſtolæ apponatur nomen ſcribẽtis, & eius, cui ſcribitur, cum ſalutatione

tione,quæ bonæ erga amicum voluntatis ſit nuncia, & gratiæ conciliatrix. Hinc oritur controuerſia, vtrum præmitti debeat ſcribentis nomen,aut eius, cui litteræ inſcribuntur. Nihil quidem dubij eſt, quin antiqui maiores ſcribentis nomen præmitterent, vt litterarum receptor ſtatim prima facie noſceret earumdem ſcriptorem: noſtra tamen memoria vſu venit, vt nomen ſcribentis poſtponatur præmiſſo honoris ergo nomine illius ad quem ſcribitur; cui ſalus deinde annuncietur; id enim vrbanitatis,& officij leges requirere quodāmodo videntur; immo verò ad maiorem obſequij obſeruantiam in calce etiam epiſtolarum, qui ſcribit,nomen ſuum collocat. De hoc titulo nihil præcipuum habemus præcipiendum, niſi quod hæc ipſa nomina nuda, & ſine epithetis ſuperſcriptionem onerantibus potius, quam honorantibus antiquitus poſita in litteris perſæpè legimus, aut etiam appoſito ſolum dignitatis, ſiue functionis vocabulo in hunc modum:

Cic. Volumnio.
M. Tullius Trebatio.

Cicero M. Publio Imperatori.
C. Publio Lentulo Procon.ſ.

Verumtamen quando in præſentiarum eò vſque peruentum eſt; vt nemo inueniatur, qui ſibi blandiri, adulari, aſ-

ſentiri in omnibus non velit, alium, atque alium vultum ſumere non nocebit, & addi poterunt epitheta vel vnum, vel plura, prout dignitas perſonarum poſtulauerit. Præſertim verò ſi Romano more ſcribatur, qui alias Eccleſiaſtico Principi, alias ſeculari, alias Pontifici, alias Imperatori, alias Cardinalibus, alias Regibus, alias iuris nobilioribus, alias plebeis, & ruſticis inſcriptiones iamdudum accōmodauit, quas ipſo vſu, non præceptione doceri volumus; quam tamen, qui cuperet aliquam, conſulat Verepæum lib. 5. de conſcrib. epiſt. in fin. Præcauendum tamen ne epitheta eiuſmodi aſſentationem redoleant. Ego enim maiórum noſtrorum candidiſſimam ſimplicitatē imitari mallem, niſi vſus, & iam recepta conſuetudo id nos facere prohiberet; quam tamen ſequi ſimplicitatem aliquando non eſt nefas, ſi familiaribus & æqualibus ſcribamus, addendo aliquod epitheton ad maiorem amorem exprimendum, vel etiam venerationem erga præceptores, parentes, Mœcenates, vt

Amico meo vnico, vnice charo,
Patrono meo ſummo, & maximo.
Parenti meo dulciſſimo, & ſuauiſſimo.
Mœcenati meo optimo, & iucundiſſimo.
Præceptori mihi ſemper honorando, obſeruando, colendo.

& alia huius generis.

Pronomen, *ſuo*, antiquitùs vxoribus, filijs, ſeruis, & propinquis tribuebatur, nunc etiam licebit amicis inſcribere. Illicò poſt vtriuſque nomina ſubnectitur ſalutatio, quemadmodum enim comitatis eſt, immò humanitatis in primis congreſſionibus, & vijs ſalutare, ita initio epiſtolarum bene omnia per ſalutem precantur. Latini anteceſſores aliter, ac recentiores ſalutarunt: namque per S.D. vel S.P.D. vel S.D.P. quæ litteræ ſignificabant.

Salutem dicit.
Salutem plurimam dicit.
Salutem dicit plurimam.
Vel ſimplici S. *ſalutem.*

Quem morem ſalutandi quidam recentiores non reſpuunt, licet honoris gratia nouum ſæpius adhibeant, qui per P.F.P. *perpetuam felicitatem precantur*, nobilioribus viris. Pro hac ſalute nonnulli Chriſtiani vtuntur ritu Apoſtolico, & Epiſcopi præcipuè, ac Sacerdotes, & Religioſi, *vt, gratia, & pax Domini IESV*, quæ profectò ſalutem omnem exuperat: licebit præterea pro argumento epiſtolæ alia quoque precari, *bonam frugem, bonam mentem, facilem ſenectutem*.

De

De Valedictione.

CAP. VIII.

QVemadmodum aliquis diſceſſurus ab aliquo vrbanitatis ergo valedicit ſeque ex more commendat, ita eadem conſuetudo in litteris retinetur, vt in calce earum adſcribatur valedictio, & quædam ſui commendatio: hoc videlicet pacto.

Vale, & me commendatum habe.
Aut aliter
Bene vale; vale feliciter; vale etiam; atque etiam:
Vale, & me, vt ſoles, dilige:
Salue, & vale mi chariſsime.
Cura vt valeas; fac, vt valeas.
Valetudinem tuam diligenter cura.

Hæ ſunt antiquorum valedicendi formulæ, communes nonnumquam recentioribus. Sunt tamen nonnullæ Chriſtianorum propriæ, vt,

Seruet te DEVS:
Chriſtum precor, vt omnia tibi ſecundet;
Soſpitet te DEVS bonorum largitor:
Omnia à D. O. M. precor tibi felicia.

Aduertendum, ſi quid poſt valedictionem veniret in mentem, licere addi præmiſsa præfatione hac, vel ſimili: *ſuccurrit nunc, quod omiſſum non oportebat.* Rurſus appoſito. *Vale.*

De

De loci dictione.

CAP. IX.

HAnc valedictionem ſubſequitur loci adſcriptio, quia ſummopere noſſe deſideratur, quo loco ſit amicus, qui ſcripſit, ad negociorum quandoque opportunitatem. Locus autem, ſi eſt nominum propriorum, eo caſu reddatur, quo efferri ſolet ſtatus (vt aiunt) in loco, aut etiam motus de loco, vt

Romæ		*Roma*
Patauij	vel	*ex Brunduſio*
Neapoli		*Patauio*
Venetijs		*Bononia*

Si autem erit appellatiuorum, efferatur non ſecus atque motus de loco addita præpoſitione ex, vt

	Cypro		*Rure*
ex	*Cilicia*	ex	*Domo*
	Monte		*Ædibus noſtris.*
			Muſæo, &c.

Subauditur comprehendi dictiones, *data, ſcripta, exarata, miſſa*, aut huius generis alia participia.

De Temporis adſcriptione.

CAP X.

LOcorum dictioni adnectitur temporis adſcriptio ad celeritatem, vel tarditatem tabellarij cognoſcendã, vel ad recognitionem priorum, aut poſteriorum epiſtolarum : tempus autem adnotatur per dies, menſes, & annos; aut, ſecundum quoſdam, etiam per horas, vt, *vigeſimo octauo die Ianuarij, crepuſculo diei, multo mane, bene mane, media nocte, de medio die, in feruore diei, in rigore noctis media, ſub cœnam, inter cœnam anno* 1639.

Aduertendum, quod cum ſcribimus ad minus eruditos, vulgari quadam à conſuetudine dies aſsignari conſueuerunt hoc pacto : *Primo die, ſecundo, tertio, & quarto Menſis, &c.* Quidam verò Eccleſiaſtici, eccleſiaſtico ſuo more vtuntur, & adſcribunt diem per ferias, vt, *Feria ſecunda, tertia, quarta, primæ hebdomadæ menſis, &c.* Solent enim poſt Dominicam ſingulos dies appellare ferias, eo quod ſoli DEO vacent. Alij vulgatiori ritu dicunt, *Die Lunæ, die Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, Saturni, primæ hebdomadæ, Menſis, &c.* Singulis enim ſeptem planetis ſingulos dies: primum Soli, ſecundum Lunæ, tertium Marti, quartum Mercurio, quintũ Ioui, ſextum

ſextum Veneri, ſeptimum Saturno, antiquitas conſacrauit: frequentior tamen vſus apud humaniorum litterarum profeſſores legem obtinuit, vt per *Calendas*, *Nonas*, & *Idus*, dies adnotent, de quibus ſatis oretenus, quæ ſi fortè memoria exceſſerint, accipite breuiter commiſſa etiam ſcripturæ.

De Kalendis, Nonis, & Idibus.

CAP. XI.

VEteres Ethnici Latini ſingulis quibuſque menſibus Dijs ſuis celebri ritu tres ſolemnitates peragebāt: prima celebrabatur die primo cuiuſq; menſis à conuocatione totius populi dicta, *Calendæ*, ſecunda celebrabatur quinto die, dicta *Nonæ*, eò quod ad vſque tertiam ſolemnitatem nouem dies ſupereſſent; tertia celebrabatur decimo tertio die, dicta *Idus*, ſiue ab *iduando*, hoc eſt diuidendo menſe, ſiue ab *ouibus ſacrificandis*, quæ *Idua* dicebantur.

In menſibus tamen hac vocula, *immò* contentis, nempe Martio, Maio, Iulio, & Octobre

Nonæ celebrabantur ſeptimo die: & *Idus* decimoquinto die. Scribentes igitur epiſtolam in aliquo die harum ſolemnitatum dicebant *Kalendis*, *Nonis*, *Idibus*

Idibus. Reliquis vero diebus adnumerabant ab eo die incluſiuè, in quo ſcribebant, vſque ad futuram feſtiuitatem, & diem, in quem numerus terminaret, per numerum ordinalem, & caſu ablatiuo exprimebant; ſolemnitatem verò caſu accuſatiuo ſubaudita præpoſitione *Ante*; ex g. à ſecundo die Februarij, incluſiuè vſque ad quintum diem ſolemnitatis Nonarum intercedunt quatuor dies: igitur dicendum ſecundum præfatam regulam *quarto Nonas Februarij*, hoc eſt, *quarto die ante Nonas Februarij*, vel *ad quartum Nonas Februarij*, ideſt *ad quartum diem ante Nonas Februarij*. Hæc eadem ratio ſeruanda eſt in cæteris diebus aſſignandis: proximior tamen dies ſolemnitatibus exprimitur hoc pacto. *Pridie Calendas, Nonas, Idus*, hoc eſt primo die.

Chriſtifideles eandē rationē cōputandi dies imitati, laudabiliori ritu per Chriſti, ac beatiſsimæ Virginis & Matris, Sanctorum ſanctarūq; celebritates ſolent diem denotare, vt *Natalibus Chriſti, ſolemnitatibus Virginis, & Matris MARIÆ Natæ, vel Aſſumptæ, ferijs Doctoris Maximi, pridie Sanctorum omnium, vel Cineralibus, Paſchalibus, Regalibus, Martinalibus, Hilaribus, &c.*

ANNVS ab eo tempore auſpicatur, quo DEVS factus homo pro ſalute omnium noſtrum ex Virgine MARIA naſci dignatus eſt, ex g. *ab Vnigenito Filio*

DEI

DEI Incarnato, à nato Domino noſtro IESV Chriſto, à partu Virginis ſalutari, à ſalute mortalibus reſtituta , anno aſſerta humanæ ſalutis milles. ſexc. trig. nono. Sic perfectam, & abſolutam epiſtolam, atque graphicè complicatam, addita cera, vel aliqua tenaci materie, ſigillo munimus, vt huiuſmodi conſegnatione omnis falſitatis ſuſpicio ab eo, ad quem ſcribitur amoueatur. Et hæc dicta in vniuerſum de epiſtolis ſufficiant. Illud reliquum eſt, vt deinceps ſingulas literarum ſpecies, quo poſſumus vtiliori ſtylo, complectamur.

FINIS.

SECVN-

SECVNDA METHODVS SINGVLARVM EPISTOLARVM

Procœmium.

DICEBAMVS in ſuperiori Methodo, epiſtolarum genera multa eſſe, & tot, quot res, de quibus ſcribi poteſt, ſed authore Tullio, ad tria plerumq; reduci, nempe

ad { *Negociale*, *Graue*, *Familiare*

In præſentiarum ſecuti ordinem inſigniores, & vſitatiores dumtaxat epiſtolarum ſpecies, videlicet

Narratoriã	*Iocoſam*	*Dedicatoriã*
Petitoriam	*Conſolatoriã*	*Suaſoriam*
Cõmẽdator.	*Lamẽtatoriã*	*Hortatoriã*
Euchariſticã	*Officioſam*	*Accuſatoriã*
Gratulator.	*Laudatoriã*	*Mandatiuã.*

reuiter aperientes à primo genere mnium vſitatiſſimo exordium auſpiamur.

CAP. I.

EPiſtola *narratoria* meritò primum locum ante omnes ſibi vendicat: quia ab ea tamquam à prima genitrice reliquæ epiſtolarum formæ ortum habuerunt ſuum: nulla enim alia de cauſſa inuenta eſt epiſtola, niſi, vt *certior fieret amicus de his rebus, quas alter alteri notas eſſe velit*, quod officij munus eſt nunciatoriæ: illa namque, vt ait Tullius, *certiores facit amicos de rebus aut neceſſarijs, aut vtilibus, aut delectabilibus, ſiue illa ſint priuata, ſiue publica*. Dixi *priuata*, quia ſolemus ſæpè amico narrare res noſtras, vel aliorum peculiares, *an ſimus bona, vel mala valetudine: ad quæ ſtudia, ſeu artes incumbamus, quem locum habitemus, aut quid noui moliamur*.

Dixi *publica*, quia etiam non rarò nũciatur *de pace, de bello, de peſtilentia, de fame, de ſtatu Reip. de locorum amœnitate, de vrbium, regionumque pulchritudine, & opulentia*. Huius epiſtolæ præceptiones, aut nullæ ſunt, aut admodum paucæ: ſatis enim fuerit, ſi res ipſa exponatur, dilucidè, probabiliter, eleganter, & breuiter, nec aliquid prætereatur, quod narrationem obſcuram faciat, aut addatur, quod onero ſam, & ſuperfluam.

Exordio tamen licebit vti: *debet enim in omni re* (inquit Quintil.) *dari aliquid, quod ſit rei initium*: in quo initio epiſtolarum tamquam amoris indicium quædam ineſſe debet beneuolentię captatio, quam nunciatoria tunc prætermittit, cum temporis breuitas, cum nimia familiaritas, cum repetita earundem rerum ſcriptio eam non exigunt.

Si res iucundas narrari oportebit dixeris initio: *tibi ſemper eſſe cordi amici delectationem*, cuius præterire te nolle occaſionem noui alicuius, & iucundi nunciandi: ſin autem narrantur res moleſtæ, aut minus gratæ, dixeris coactum de ea ſcribere, quæ ſi facere potuiſſes, te non ſcripturum fuiſſe: ne amico moleſtiam inferres. Præmiſſo exordio, ſi exordiri contigerit, rem narrandam ordine, vt ſupra, exponi oportet, tùm aliquam concluſionem huic ſimilem adiungere neceſſe eſt. *Hæc erant, quæ tibi notam eſſe vellem; ſi quid noui apud vos contigerit, cura ad nos ſcribendum.* Huius generis exempla habentur multa apud M. Tullium lib. 1. epiſt. 2. lib. 8. ep. 1. & deinceps ferè per totum.

De Epiſtola Petitoria.

CAP. II.

Petitoria eſt in vſu frequentiſsima, quia ſæpè occurrunt multa nobis

ab amico neceſſaria. Petitiones autem, vel ſunt ſuaptè natura honeſtæ, vt *petere fauorem pro filio apud Principem, conſilium, inſtitutionem, admonitionem negociorum*: aut ſunt mediæ, quas apertè petere erubeſcimus, vt *pecunias mutuas, adiumentum victus, fauorem pro re forenſi, non tamen pro rebus turpibus*, quas vt petere non decet bonum virum, ita nec petitas concedere. Pro petitione prioris generis ſequens contextus tenendus eſt.

I. Exordium contineat fiduciam noſtram, quam de amici in nos voluntate certiſſimam oſtentabimus, extollendo illius benignitatem, liberalitatem, humanitatem, tùm alijs, tùm nobis maximè expertam, vel initia amicitiæ, & famulatus, qui interceſſerit inter maiores vtriuſq; repetantur, vel fides, & obſeruantia petentis modeſte commendetur.

II. Exordium ſubſequatur expoſitio petitionis, quæ confirmabitur *iuſta, honeſta, petenti neceſſaria, concedenti facilis, honori futura vtrique, & emolumento*.

III. Remuneratio quædam beneficij claudat petitionem, quæ remuneratio, vel ab ipſo DEO beneficiorum compenſatore ſaltem augurabitur, vel à nobis licet imbecillibus, nihilominus daturis operam, vt accepto beneficio reddatur aliqua gratia grato animo æternùm conſeruato, nunquam accepti beneficij immemore.

Si

Si Petitiones fuerint ſecundi generis, obliquo quodam petendi modo vtendũ eſt. Neceſſitas primo loco, quæ ad plura impellit, & nunquam erubeſcit, exagerabitur, vel dicetur: *inutilis pudor indigenti. Vel graue eſſe petere ab eo, de quo nihil ſis antea meritus, ſed humanitatem illius eſſe in cauſſa, vt confidatur recipiendum fore, quod petitur, qua ipſis ignotis velit prodeſſe.*

Tùm per clanculos inferatur expoſitio petitionis neceſſariæ, vtilis, facilis, neque inhoneſtæ: quam concludat pollicitatio memet noſtri, & rerum omnium noſtrarum.

Exempla habentur apud Tulliũ lib. 3 ep. 2. lib. 6. ep. 16. & paſſim alibi. Huc reducitur petitio Iunonis ad Æolum ſuperiorib⁹ diebus explicata ſatis apud Virg. lib. 1. Æn. in principio. *Æole (namque tibi) &c.*

De Commendatoria.

CAP. III.

Commendatoria, ſiue Latino magis vocabulo *Commendatitia* frequentiſſimè, ac multifariam adhibetur ad commendationem alicuius certæ perſonæ, aut pro aſſequenda aliqua dignitate, aut pro beneficio, vel fauore obtinendo: Hæc, vt ſuperiori affinis,

videtur eamdem ferè ſcriptionis ratio-nem imitari: Illud tamen habet amplius conſiderandum diligentiſsimè: qui cõmendat, *an familiaris, an maior, an inferior, an affinis*: Qui commendatur, *an filius, an amicus, an hoſpes, an ignotus, an doctus, indoctus, nobilis, ignobilis, fortunatus, &c.* Cui commendatur, *an Princeps, an Magiſtratus, an priuatus, an neceſſarius*: Pro qua re commendatur, *an honorifica, honeſta, iuſta, facilis, neceſſaria*; his enim cognitis, facilè ſuum retinebit decorem.

I. Primo igitur ea erit exordiẽdi prę ceptio, vt commendetur *beneuolentia, liberalitas, munificentia, affabilitas, vel etiam amicitia* eius, ad quem ſcribitur, quæ amplam fiduciæ aperuerint feneſtram, vt apud eum accedant pro familiaribus, & benemeritis precatores, quẽ nouerint omnibus fautorem, & præſertim dignis, ſuique ſtudioſis, & obſeruantiſsimis.

II. Laudabitur etiam perſona commendata, quæ omni ſit commendatione digniſſima propter *virtutem, doctrinam, prudentiam, conſilium, nobilitatem, dignitatem, excellentiam artis*, vel etiam *æquitatem, miſericordiam, amicitiam, familiaritatem, affinitatem, obligationem*.

III. Res, pro qua commendatur, exponitur tamquam *facilis, vtilis, honeſta, neceſſaria, pia, æqua, honorifica*, commendanti, commendato, & fauenti,

Polli-

IV. Pollicitatio erit in calce, tùm memoriæ beneficij ab animo, & commendantis, & commendati nunquam delendæ; tum remunerationis, ſiue ab ipſo DEO, ſiue ab vtriſque offerentibus mutuam operam ſuam, & ſtudium ſeruitutis. quidquid enim amico commendato conceſſum fuerit, tamquam in ſe collocatum commendans debet exiſtimare. Licebit etiam vti obſecrationibus, ſi opus fuerit, ſed videndum, vt *commendatitia habeat teſtimonij pondus, non contentionis*. Exempla huius generis ſuppeditat lib. 13. famil. ep. 2. 3. 4. & deinceps.

De Euchariſtica.

CAP. IV.

EVchariſtica ſic dicta, quoniam in gratiarum actione pro beneficio, vel munere accepto verſatur, quæ quidem gratiarum actio ideò adhibetur, quia, *qui bene gratias verbis agit, gratias quodammodo retuliſſe videtur*.

I. Primo exordij contextus magnitudinem muneris, aut beneficij amplitudinem commendabit, quod tanti pretij, & momenti extiterit, vt à quibus verbis potiſſimum incipiendum ſit ad meritas gratias peragendas prorſus ignoretur, cum ſatisfactum abundè ſa-

tis, votis, optatis confecta re perhumaniter, diligenter, & liberaliter, vel præter recipientis merita.

II. Beneficium, vel munus, *vt magnum, vt, maximè neceſſarium, vt ſpontè collatum, vt incunctanter, vt citò, vt in tempore, vt vtile, vt honorificum*, ita gratiſſimum extitiſſe dicetur: vnde dolere, quod facultas non ſuppetat beneficio beneficium compenſandi, animum tamen gratum conſeruandum, curabitur potius morti ſuccumbendum, quam ingratè viuere.

III. Si nullam referendi gratiam facultas erit, precabitur, vt DEVS benemerito referat, certe ſemper habẽda, donec vita ſupererit. Offeratur omnis opera eius votis paratiſsima, & debita tantæ munificentiæ.

Hęc item gratiarum actio fieri poteſt quadam obliqua circuitione, quaſi non ſit opus actione, ſed relatione gratiarũ, vel quia inter amiciſſimos, & humaniſſimos non videatur hac conſuetudine vſus eſſe, vel quia beneficium gratiſſimum non verbis, ſed rebus ſit compenſandum, & cum re non poſſit, ſaltem omni obſeruantia, & aſſidua memoria colendum.

Exemplar legitur apud Tulliũ lib. 10. ep. 4. & alibi l. 15. ep. 11.

De Gratulatoria.

CAP. V.

GRatulatoria non rarò contingit adhiberi, cum enim aliquid amico, vel eius affinibus, aut familiaribus properè, ac fauſtè contingit, ſiue honore dignitatum conſecuto, ſiue ſalute recuperata, vſu venit, vt quadam amicorum congratularione, voluptas, & lætitia, quam ille percepit, augeatur.

Primo igitur in congratulatione dignitatum, voluptas, à proſperis amicis rebus percepta, gratulantis animi exagerabitur; quæ tanta extiterit, perinde ac ſi rebus proprijs optimè conſultum fuerit; quando honoris ornamenta, & vtilitatis commoda conſequatur, quibus iam diù propter egregias virtutes dignus videbatur.

II. Varijs rationibus conſecutum bonum commendabitur, *quia ſatisfactũ eſt omnium votis, & optatis, quia nihil habebant antiquius, quam videre merita iuri optimi meritis compenſata. Quia amicus amici fortunam ſuam exiſtimat, quia tanta virtuti, tantum munus dignitatis debebatur: quia toti familiæ, & Reip. vniuerſæ id fuerit emolumento.*

III. Orabitur DEVS, vt honorem, aut commodum ſecundet, ac fortunet, aditumque aperiat ad maiora. Dabitur

 etiam

etiam hortationi locus, ſi qui gratulatur, erit natu maior, vel ſaltem æqualis, vt ſe benè gerat in officio, & magis ad virtutes, & res præclaras animum inflammet.

I. Si pro ſalute recuperata gratulatio habebitur, contextus exordij erit huic ſimilis: *quemadmodum antea multum dolebatur de audita ægritudine, tantum, & multò amplius gaudetur de nunciato reditu ad priſtinam corporis incolumitatem.*

II. Deprecabitur DEVS, vt ſeruet diù incolumitatem recuperatam, & ab omni deinceps morbo tueatur ad gloriam ſuam ipſius, ad vtilitatem proximorum, & maximè Reip. affinium, & familiarium.

III. Pollicebitur omne ſtudiũ operæ accomodatum eius votis, & optatis. Exempla ſuppeditat lib. 2. famil. epiſt. 6. 8. 9. 12.

De Iocoſa.

CAP. VI.

Iocoſa nullum habet locum apud Principes, niſi valde familiares, nullum apud grauiores viros, & eos præſertim, qui catonianum riſum amant; relinquitur ergo ſolis familiaribus, qui ſe inuicem feſtiuis iocis delectant, & animum ſerijs rebus defeſſum facetijs

ſub-

ſubleuant, ac mœſtitiam detergunt quæ quidem facetiæ, ſi ſuis locis adhibeantur, maioris momenti eſſe ſolent, quam oratio ſeria. Hoc tamen genus in omnes epiſtolarum ſpecies diffunditur: quoties enim hoc res patitur, adhibita prudentia, iocari licet, cum ijs maximè, qui ſolent iocis recreari. Sed illud in primis curandum, vt ioci *ſint ingenioſi, ac tempeſtiui, alioquin frigent*, vt ſint *liberales, & vrbani*, vt *abſint ab omni turpitudine indigna Chriſtiano homine*, vt *ſint memores decoris perſonarum*.

Si quando contigerit hoc genus diſtinctum ab alijs vſurpari, quicquid in buccam venerit nulla adhibita diligenti cura, ordinis, rerum, & verborum licebit proferri, modo non ſint ſtulti ſenſus, ac barbaræ dictiones. At quoniam in iocis plurimum natura valet, quæ acumen, & feſtiuum leporem ſuggerit, non video, quid pro erit præceptio, ſi verò aliquid proderit, præcipitur, vt quandoque confingantur narranda amicis *lepida ſomnia, ſed honeſta; pulchra fabella, ſed morales*, aut ſi quid ridiculum acciderit, litteris conſignetur; ita tamen ne ſcriptor fiat ridiculus, idcircò inter iocos ſemper aliquid ſerium inſerat, ne totus mimus videatur. Tullius, vt delectatus eſt hiſce tempeſtiuis, iocis, argutijs, facetijs, prouerbijs, & ſalibus, ita preſcripſit huius ſpeciei plurima exempla ad Att. ad Piſonem, ad Tre-

Trebatium, & lib. 1, familiaris epiſt. 12 19. 26.

De Conſolatoria.

CAP. VII.

Conſolatoria, quæ dolorem mitigare, atque luctum ſedare nititur, ideò frequentiſsima eſt, & grauiſſima, quoniam nemo hominum eſt, cui non multa ſæpè contingant, de quibus cùm doleat, non indigeat aliqua medicina viri grauiter, ac ſapienter conſolantis.

Duplici tamen de cauſſa plerumque vſurpatur, vel *ob mortem familiaris, ac domeſtici amicorum* vel *ob aliquam fortunæ iniuriam ipſorum*. Si primo modo, demonſtrabitur quantus dolor extiterit de morte illius, in quo maxima omnium ſpes erat, dum florebat ætate, doctrina, aut aliqua excellenti virtute; ita vt vel ſaxa ipſa emitterēt lacrymas, ſi tam acerbum funus præſentire poſſent; vnde qui nititur in hoc caſu conſolari aliū ipſemet potius indiget conſolatione.

II. Blandè, & amicè dicetur *non eſſe viri ſapiētis ita dolore opprimi, vt nullus relinquatur prudentia locus*. Audiendum igitur quæ prudentia dictet ad leuandum dolorem.

III. Hauriantur duæ, aut tres, ſiue plu-

plures rationes è Sacris, vel Philoſophicis fontibus, quibus dolor cedere debeat, & mœſtitia. Huc addere in veſtram gratiam rationes aliquas, ad quarum normam aliæ formari poſſint, non grauabimur.

Rationes conſolandi in funere.

Commune vectigal vitæ tardius, aut citiùs ab omnibus eſſe morti ſoluendum, manifeſtò docent exempla magnorum Virorum, Vrbium, ac Regnorum, quæ morte conſumpta ſunt omnia, qui quidem exitus nos quoque vniuerſos homines manent, de quibus ait Seneca: Statim, vt viuere incipimus, mori didicimus.

II. *Optimè actum eſt cum illo, qui eo tempore mortuus eſt, quo mores hominum quotidie deprauantur, vnde à viuis ereptus, ne malitia mutaret cor eius.*

III. *Si verè loqui volumus, non moritur, qui ex aduerſæ fortunæ telis eripitur, hominibus tamquam pila vtentis: eripitur, inquam, tot laboribus, tot calamitatibus, tot miſerijs, quas quotidie mortales tamquam debitum ſibi tributum exigunt.*

IV. *Nefas eſt gaudijs miſceri dolores, cum mortuus non ad dolorem, ſed ad præmia, ſed ad gloriam euolarit; ſic enim ob indolem eius, & ingenuos mores ſperandū eſt.*

V. *Non eſt ſapientis animi laxare habenas dolori, atque lacrymis, ſed videre quid grauitas, quid animi fortitudo, quid ratio, quid fides, quid religio ab eo flagitet: ne vlterius dolorem protrahat, ſed acquieſcat diuinæ voluntati, cuius nutu omnia gubernantur, & plerumque in meliorem ſortem commutantur, & quæ mala nobis nunc videntur, meliora bona ſint futura.*

VI. *Per fidem, & beneuolentiam obteſtabitur, vt abijciatur dolor, vel excuſabitur breuitas litterarum, ne videatur diffidere prudentiæ mœrentis, ac dolentis cum pollicitatione ſtudij, & operæ ad eius vtilitatem.*

Exemplar huius generis elegantiſſimum habetur apud T. lib. 4. epiſt. 5.

Conſolatoria in acceptis iniurijs.

SI pro iniurijs acceptis adhibeatur conſolatio.

I. Exordiatur, quod beneuolentia, & amor omnem amici fortunam communem putat; vnde facere non poteſt, quin ſummopere doleat, dum infortunium amici audit: vel quod nihil dubitanir de amici ſapientia, ac fortitudine in ferendis iniurijs, immò potius fortitudini gratulandum, quam dolori indulgendum.

Affe-

Afferantur prudenter quædam rationes aptæ ad minuendum dolorem, diceturque:

II. Aut *quod calamitas, & iniuria leuis exiſtat quippe facta ab homine nullius momenti, qui propter ipſius iniquitatem vniuerſos lædere ſolet, vtpote fortuna, qua* Reges *etiam miſeros facit.*

III. Aut *quod bona amiſſa, vt fortuna ita parum firma, quam Poetæ commenti ſunt Rota conſidere, vt omnes intelligant, cum ſunt in ſummo rerum faſtigio, in excelſitate rota debere timere lapſum, quem cum animo antea prauidentur, minus inique ferant: iacula enim præuiſa (vt eſt in prouerbio) minus feriunt.*

IV. Aut *quod nulla reapſe ſit fortuna, immò omnia eſſe in* DEI *voluntate ſita, quæ dat vnicuique prout opus eſt; idcircò cauendum eſt, ne ſi quis conqueratur de aduerſa fortuna, de ipſius* DEI *voluntate conqueri quodammodo videatur.*

V. Vel *quod iniuriæ, quæ ab homine maligno inferuntur, non ſint reputandæ iniuriæ, cum, & facilè ſuperari poſſint, & retecto dolo conuerti in honores.*

VI. Vel *quod virtus cognoſcitur in aduerſis, nec vir eſt coſtantis animi, qui fortunæ telis reſiſtendo libenter non obijcitur, vt neque bonus nauta eſt, qui nauem ducere nouit dumtaxat ſereno cœlo tranquillo mari, ſedatis ventis: ſed ille optimus nauta eſt, qui impellentibus aquarũ, ventorumque procellis, integram nauem dirigendo*

rigendo conducit in portum.

VII. Aut *quod comparata aliorum calamitatibus hæc amici nulla dici poſſit calamitas, quæ ſi aliqua eſſet propter nimiam calamitatum frequentiam, quas quotidie homines in hac miſeriarum valle ſubeunt, patienter, & æquo animo ferri deberet.*

VIII. Poſtremò, aut *quod meminiſſe debet ſe eſſe virum, quem decet eſſe ſeruũ & mancipium nullis ſenſuum perturbationibus, & multo minus dolori*, cui leniendo pollicebitur omne ſtudium curæ, & laboris.

Exemplar legitur apud Tullium lib. 4 ep. 3. & 5. & paſſim alibi.

De Lamentatoria.

CAP. VIII.

Lamentatoria de re aduerſa, ſiue in nuncianda morte affinium, aut familiarium, ſiue in expoſitione alicuius acerbi caſus, queritur, dolet, & cruciatur apud amicos, vel quia *vt ſcientes compatiantur*, vel, *vt epitulentur*: Si prima de cauſſa, præcepta nunciatoriæ adhibeantur intermixtis quibuſdam interrogationibus, & exclamationibus dolorẽ augentibus. Si ſecũda de cauſſa.

I. Commendabitur amicitia, quæ particeps fieri debet tum proſperarum tum

rumaduerſarum rerum.

II. Rationibus doloris allatis exagerabitur caſus aduerſus, quas exagerandi rationes *ipſemet dolor magiſter optimus admonebit*.

III. Spe remedij ſiue quæ fuerit ſignificata ſubſidium peramicè efflagitabitur.

Exempla ſuppeditet lib. 14. famil. vbique.

De Officioſa.

CAP. IX.

OFficioſa ſponte *operam defert, vltrò gratiam elargitur, munus offert, deuouet ſeruitutem, & verbis præſtat beneuolentiam, aut obſeruantiam.*

I. Primo igitur demonſtrabitur debitum obligationis, quæ oriatur ex merito amici, aut ex officio beneuolentiæ, ac familiaritatis, ſiue ex patrocinio Principis, propter quod quicquid operæ, quicquid laboris, quicquid diligentiæ in altero, eſt, alteri debetur.

II. Sine iactantia commendabitur voluntas præſtandi officij iam diù debiti, quæ cum expleri non poſſit negata adhuc occaſione non quieſcit, ſed magis inflammatur ad omnia, quæ nouerit, vtilia, honorifica, & neceſſaria amico.

III. Idcircò hortabitur vt omnia po-

poſtulet, & expectet, quæ ad vtilitatem & honeſtatem illius ſint futura; officijs enim ſuperabitur petitio, & expectatio eius, cum tota ipſa ſcribentis perſona votis eius deuoueatur.

Exemplar eſt apud Tulliũ lib. 6. ep. 9 & lib. 5, ep. 8.

De Laudatoria.

CAP. X.

Laudatoria vix vnquam à reliquis ſeparata adhibetur, ne adulatoria potius videatur; ſed frequentius in conſolatoria ad laudem perſonæ mortuæ; in commendatoria ad laudem commẽdati viri, in cohortatoria, ad laudem rei amplectendæ locum habet. Si tamen contigerit laudare queinquam abſolute

I. Debili ſcribentis ingenium extenuabitur impar laudationi tantæ virtutis, quæ ſcribendi ſtylo complecti nequit.

II. Laus ducatur.

a { *Nobilitate* / *Iuſtitia* / *Fortitudine* / *Liberalitate* } { *Doctrina* / *Temperantia* / *Munificentia* / *Rebus geſtis*, } *alijſque virtutibus.*

Ita tamen ne incidatur in adulationem, vel aliquam ſuſpicionem.

Pro

III. Pro qualitate perſonarum adnectatur breuis quædam adhortatio, vel ad DEVM deprecatio, quæ ſit tamquã ſtimulus ad virtutis incrementum.

Præterea poteſt aliquis ſe ipſum laudare, non in ſecundis rebus, quia ambitioni ſuæ indulgeret; ſed in aduerſis, quia tunc procul eſt ab arrogantia; & ex laude anteactæ vitę quodãmodo deluditur fortuna, & maior concitatur miſericordia; vel etiam cum eſt natu grandior, vt exemplo ſuo inferiores commoueat; vel cum ſcribit ad valdè familiares, apud quos ſe liberiùs laudandi conceditur facultas.

Exemplum legitur apud Tullium lib. 9. ep. 14.

De Dedicatoria.

CAP. XI.

DEdicatoria, ſiue nuncupatoria in conſuetudinem frequentiſſimam venit, quia nemo vnquam patitur exire in lucem lucubrationes ſuas, ſiue Theſes ſcholaſticas, ſiue libros conſcriptos, quos pariter alicui Principi, vel nobili viro, & erudito non inſcribat, vel *ad gratiam illius ineundam, vel confirmandam*, vel *vt eius patrocinio feliciores prodeant, nec obtrectatorum linguas timeant.* Operi igitur edendo præfigitur epiſtola

elegans,

elegans, grauis, & artificioſa.

II. Hæc libere exordiri poteſt ab aliqua ſimilitudine: à meritis Principis erga compoſitorem: ab extenuatione componentis ingenij, & excellentia perſonæ, cui dedicatur opus.

III. Tum argumentum, & inſtitutum operis, intentio, vtilitas, dignitas, finis aperiatur. Deinde patroni vel amor erga doctos, vel laudabiles actiones, nobilitas, antiquitas familiæ; eius geſta maiorum prædicabuntur.

IIII. Quicquid eſt operis benignitati, & humanitati committitur, vt æqui bonique conſulat: ſi videbitur, poterunt digniora eius ſplẽdore in futurum polliceri: ſed hæc ſpecies epiſtolica propter multarum rerum varietatem multipliciter conſcribitur; vnde ſuperiores præceptiones ita cuſtodiẽdas volumus, vt prudentiæ non denegetur libertas eas permutandi, iuxta exempla doctiſſima, quæ habentur apud Tull. Manutium, Muretum, & alios, qui ſuos nobilis ingenij partus typis commendarunt.

De Suaſoria.

CAP. XII.

SVaſoria propria grauium virorum argumentis, & rationibus citra tamen arrogantiam, enititur inducere animum

mum alicuius ad aliquid amplectendũ, de quo dubitare videbatur.

I. Exorditur à conciliatione, & commendatione beneuolentiæ, quæ non prætermittit occaſionem adiuuãdi amicos, neque grauatur ſcribere ea, quæ ſaluti eorum conducere arbitratur.

II. Narratio ſubijcitur rei ſuadendę, quæ confirmabitur

ab	*Honeſtate*	*Securitate*
	Vtilitate	*Gloria*
	Neceſſitate	*Honore*
	Facilitate	*Exemplo aliorum*
	Delectatione	*Teſtimonijs ſacris, vel philoſophicis.*

III. Rationes contrariæ, ſi quæ occurrent, refutabuntur; tùm poterit concluſio fieri huic ſimilis: *In hanc ſententiam plura ſcriberem, niſi tibi hoc ſatis perſuaſum conſiderem*, vel amplius inflãmabitur animus exhortationibus, & precibus, idemque officium cum opus fuerit efflagitabitur ab amico.

Exempla huius generis reperiuntur apud Tullium lib. 4. ep. 7. 8. 9.

Nota, diſſuaſionem confici è locis contrarijs, deducendo rationes *à turpi, ab inutili*, &c.

De

CAP. XIII.

HOrtatoria ſuperiori ferè ſimilis, quaſi ſtimulis, & calcaribus excitat animum ad aliquid præclarè agendum. Suaſoria tamen dubitantibus conſilij capiendi ſuccurrit, hortatoria ceſſantes excitat, vel excitatos magis confirmat. Contextura vtrique communi eſſe poterit. Adhortandi tamen, & inflammandi rationes ab his locis potiſſimùm ſumuntur.

I. *A laude; tum rei ipſius tamquam honeſta, religioſa, honorifica, &c. tum perſona tamquam nobilis, ingenua, ſapientis, &c.*

II. *A ſpe, honoris, gloria, vtilitatis, beatitudinis, tranquillitatis, &c.*

III. *A metu, turpitudinis, ignominia, ſollicitudinis, moleſtia, egeſtatis, &c.*

IV. *Ab expectatione parentum, affiniũ, amicorum, concepta ex generis claritate, optima educatione, loci celebritate, maiorum praceptione.*

V. *Ab exemplis antiquorum, recentiũ, domeſticorum, ſociorum, externorum, &c.*

VI. *Ab æmulatione, aqualium, eiuſdẽ artis, ſcientia, virtutis, ſtudioſorum, &c.*

VII. *Ab odio malignantium, inimicorum qui ex alienis incommodis latantur, & commodis dolent, &c.*

Exempla

Exempla leguntur lib. 5. ep. 21. & alibi.

Nota, quæ dicimus de hortatoria, eadem à contrario traduci ad dehortatoriam, & duabus ſuperioribus ſpeciebus ſubijci etiam monitoriam. Cuius exemplar eſt lib. 6. ep. 21.

De Accuſatoria.

CAP. XIV.

ACcuſatoria, ſeu reprehenſiua amicum admonet, modeſtè tamen, & ingeniosè, vel quia deflexerit à virtute, vel de non præſtito promiſſo, vel de breuitate, tarditate, intermiſſione litterarum.

I. Primò exorditur à conqueſtione, aut aliqua exclamatione, quæ animi dolorem, & rei improbitatem indicet, vel *à laude ironica, vel à diſſimulatione, & extenuatione vitij reprehendendi.*

II. Sine acerbitate narratio facti ſubſequitur, quæ fiet probabilis teſtimonijs ſignis, coniecturis, cur id non rectè factum, cur corrigendum, cur emendandum.

III. Quæ emendatio, aut exhortatione, aut deprecatione curabitur, adhibito culpæ remedio.

Exemplar eſt apud Tulliũ lib. 2. ep. 10 & paſſim alibi.

Nota ſi obiectam culpam expurgari per

per litteras oportuerit, reijci cauſſam culpæ *in fortunam, in imprudentiam, in neceſſitatem, in anguſtias temporis, in morbos, in pericula, vel,* ſi poteſt, *in ipſum reprehenſorem condemnandum eod. crimine*. Aut etiam *pro loco, & tempore confiteri peccatum, & efflagitari veniam cum pollicitatione compenſanda negligentia maiori diligentia, & ſtudio*.

Exemplar reperitur apud Tullium lib. 10. ep. 2.

De Mandatoria.

CAP. XV.

MAndatoria, ſiue commiſſiua, quid alter ab altero fieri velit, de tractatione, ſiue expeditione negociorum nunciat. Idcircò nihil habet artificij præter ſermonis elegantiam, & breuitatem.

I. Exordiri tamen poterit à fiducia, quæ in amico habetur, dum negocium illi committitur, & ſperatur bene eum omnia tractaturum.

II. Negocium narrabitur, *cum quo, ubi, quomodo, quando pertractandum*, quod præterea *ſit facile, neceſſarium, & ſine multo incommodo*.

Additur compenſatio promiſsionis totius operæ, & laboris, ſi quid pro altero ſit deinde præſtandum.

Exempla

Exempla legũtur lib. 14. ep. 20. & 21

De alijs quibuſdam formulis Epiſtolarum.

CAP. XVI.

SVpereſſent adhuc quædam formę, vt potè *Monitoria*, quæ ad hortationē reducitur: *Exprobatoria*, quæ ad accuſationem: *Diſputatoria*, quæ vix rationem epiſtolæ obtinet: *Mixta*, quæ pluribus epiſtolarum formis conſtat, nec aliud peculiare præceptum habet, niſi vt ſi dilucida, ordinata, connexa, ne diffluat.

Reſponſoria, de qua nulla tradi poſſunt certa præcepta; aut enim reſponſio obiectam culpam purgat, aut agit gratias, aut ad ea, quæ rogantur, ſingillatim reſcribit ex ingenio, & prudentia. Illud tamen tamquam certam legem obſeruat, vt quiſque in reſpondendo ſe facilem præbeat, & comitem cum omnibus cuiuſuis conditionis, ac generis hominibus. *Hoc enim decet ciuilis vitæ profeſſores, ſecus autem ruſticitatis indicium, & vitium eſt: præterire autem reſponſionis officium inhumanitatis, in quo vinci turpe, atque indecorum*. Nemo tamen, qui litteris aliquam operam dederit, tam craſſa Mineruæ extiterit, qui neſciat ad officium litterarum prouo-

canti

canti aliquo pacto reſpondere. His igitur de cauſſis longam omnem tractationem harum ſpecierum libenter præterimus, ne ad maiora nobis properantibus moram faciant.

FINIS.

ARTIFICIOSA PRAXIS. EPISTOLARVM

Prooemium.

VIDEBOR fortaſſe quibuſdam arrogantiæ incuſandus, qui cum maximi Latini Oratoris exempla, vt id magis comprobaretur, quod de arte ſcribebatur, ſingulis quibuſque ſpeciebus accõmoda indicauerim, in præſentiarum velim alia ex noſtro debiliori ingenio conſcripta proponere: apud quos, vt locum excuſationi inueniamus aliquem, paucis aperiendum eſt inſtitutum noſtrum. *Vtique incongruum, & indignum quodammodo videbatur artem profiteri, & nihil ex arte ſcribere, ſed ab alijs excogitata tantum oſtendere, qu quidem in ſcribendo plerumque ita leuiter locos artis attingunt, vt vix vlla ars appareat: In præcipiendo autem ita expreſsè conſcripta exempla proponere oportet, vt in artis formam conueniant.*

Præterea multa vetuſtate mutantur, & in aliam conſuetudinem transferuntur, ſic ſcommatibus quibuſdam officioſis recentiores delectantur, quæ non con-

congruebant antiquitati. Huc accedit, quod nobis erat in animo, dum præcepta tradebamus non erudire dumtaxat ad ſcriptionem Latinam, verum etiam ad Ethruſcam hodie frequentiorem; quã quidem eruditionem facilius conſequi poſſe arbitrati ſumus, ſi in vtraque lingua exempla conſcriberemus, ad quorum imitationem ſtudioſos litterarum adoleſcentes ſe ſe effingerent. Adhuc etiam, vt omnis inquiſitionis labor abeſſet, ſubijcienda fuerunt exemplaria, quæ quaſi ad manus poſt præceptiones haberentur. Nolumus autem aliena, *quia ad dignitatem præceptoris, & ad diſcentiũ vtilitatem magis præſtat proprijs, quã alienis exemplis vti: qui enim præcipit rationes artis, niſi noſſet in opus verba conuertere, ridiculum quidem alumnis ſuis ſe præberet; & addiſcentes diffiderent eam facultatem ſcribendi poſſe conſequi, quam ab ipſo Præceptore non viderent poſſe expedite exerceri.*

His igitur de cauſſis adducti exempla noſtra auditoribus noſtris proponere benè viſum eſt.

Eſempio della Narratiua.

L'Antica amicitia d'ambi noi fondata in ſtabil fondamento di candida ſincerità d'animo ricerca sì, che all'altro amico non tenghi l'vno celato coſa,

coſa, da cui egli ne poſſa prender alcun diletto, ò ſia allegrezza. Per tanto mancarei al debito dell'amico, ſe di quando in quando non deſſi à lei compito raguaglio dello ſtar mio, in queſt'alma Città, & hora tanto più, ch'eſſendo ſecondato da proſpera fortuna, gli porgerà occaſione, e d'allegrezza, e di vn deſiderio d'ottimo proſeguimẽto; il quale ſenza fallo dourò ſperare per ſola gratia, e benefitio di quel ſupremo Signore, che già mai niega il ſuo fauore à chiunque con demerito nõ ſe ne renda indegno, e qui con queſta nuoua gl'inuio affettuoſi ſaluti pregandoli dal Cielo altretanta proſperità, & accreſcimento al ſuo ſtato. Di Roma. li 21. Febraro 1639.

Exemplar Narratoriæ.

PEruetus mutuæ inter nos amicitiæ conſuetudo ſtabili,& cõſtanti quadam animi integritate, ac ſinceritate innixa iure quidem videtur poſtulare, ne alter alterum quidquam cęlandum velit, ex quo poſſit aliquem fructum iucunditatis, aut oblectationis percipere. Idcircò procul ab officio neceſſitudinis noſtræ declinarem, niſi meum in hac alma Vrbe Roma ſtatum interdum tibi amicißimo denunciarem, eoque amplius in pręſentia, qui cum fortunam

quam florentiſsimam habeat, & plenam ſummæ letitiæ voluptatem attulerit, & quamdam eius progreſſus cupiditatem animo tuo iniecerit. Cuius equidem progreſſus magnam nobis ſpem facit ſola illius benignitas, ac bonitas, qui denegare fauorem, gratiæ ſuum nemini vnquam viſus eſt, niſi qui malis meritis eo indignum ſe ſe præſtiterit. Cæterum his ad te exaratis peramanter, ac plurimum ſaluere iubeo, atque eamdem felicitatem ſtatus tui, & acceſsionem à DEO munificentiſsimo bonorum largitore enixe deprecor. Vale. Romæ Nono Calendas Martias anno ſalutis noſtræ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo nono.

Eſempio della Petitoria.

SE bene la clemenza dell'Eminentiſſimo Sig. Cardinal Padrone tale la riconoſco, che à ciaſcuno dà aperto l'adito a'fauori, e gratie, purche con demeriti non ne ſia affatto indegno, tutta volta perche ancora mi coſta quanto pochi ſijno i miei meriti appreſſo quella Clemenza, ardiſco confidato nella ſolita, & eſperimentata corteſia di V.S. ricorrer prima alla deuota ſeruitù, che ella con l'Eminentiſſimo tiene, acciòche meco diuida quella copia de' ſuoi meriti, per cui mi renda degno del fa-

uore,

uore, e gratia. Per tanto mi fauoriſca (la prego) di vna raccomandatione nõ ordinaria, acciò mi ſi renda facile il conquiſto della mia petitione contenuta nel memoriale à me tãto neceſſaria, che da quella dipende l'aggiuſtamento del mio ſtato: ne farà à lei men d'honore, riconoſcendo io per ſempre la volontà fauoreuole dell'Eminentiſſimo e la total gratia, che ne conſeguirò, dalla ſua efficace raccomandatione, e ſenz'altro li bacio riuerente le mani. Roma 22. Febraro 1639.

Exemplar Petitoriæ.

TAmetſi Eminentiſs. Cardinalis, in cuius poteſtate rerum Eccleſiæ verſantur omnia, clementiam eius generis minimè ignorem, quæ nemini aditum intercludat ad fauorem, & gratiarum adeptionem, niſi fortè qui ſua culpa indignus extiterit; quia tamen quam pauca ſint in eam Clementiam officia meritorum meorũ probè teneo, fretus dumtaxat in tua ſingulari, quam expertus ſum, humanitate, fidenter audeo prius confugere ad tuum ipſius, quẽ cum Eminentiſsimo Principe profiteris deuotæ ſeruitutis famulatum, vt ita illã promeritorum tuorum vbertatem, & copiam, qua gratiæ, & fauoris compos fieri dignè poſsim, mecum ipſe

partiaris, atque communices. Itaque non vulgari commendatione apud Purpuratum Principem habeas me commendatum etiam, atque etiam rogo, vt mihi facilis petitionis meæ, quæ in memorabili libello continetur, contingat adeptus, cuius quidem tãtum egeo, vt inde optima totius ſtatus mei pendeat inſtitutio: neque verò idipſum tibi futurum erit minori ornamento; enimuerò propenſam in me, & gratam Principis voluntatem, atque eandem, quam à tua ſingulari commendatione gratiam conſequar, penitus tibi referam acceptam, cui tandem officiosè manus oſculatus ſalutem dico plurimam. Vale. Romæ VIII. Calendas Mar. Anni 1639.

Eſempio della Cõmendatoria.

SE bene il merito che da mè procede con V. S. molto *Illuſtre*, non è tale, che dij all'animo mio ardire di chieder gratie, tuttauolta la diſpenſatione della ſua ſingolar benignità è di tal fatta, che dammi certa caparra di ſperar fauoreuole la ſua volontà, e nelle mie occorrenze, e negli altrui biſogni. Pertanto prendo hora ſicurtà non ſolo di rinouargli la mia ſeruitù, ma oltre à ciò con ogni caldezza raccomandargli vn mio benemerito, e famigliare amico, quale è il Sig. Dottor Leopoldo

lator

lator della preſente. Queſti deſidera in coteſta Città di Bologna conſeguir vna catedra, per far indi paleſe à giouamento di molti la ſua ſingolar dottrina. La diſtributione di queſto carico è ripoſta principalmente nella poteſtà di V.S. sì che ſpero, che l'interceſſion mia habbia da eſſere di profitto al raccomandato, che molto più per li ſuoi qualificati meriti conoſceralla commendabile, in cui ſoprabondano le conditioni richieſte, e douute per ſimil offitio; la conceſsion del quale e gli vni e gli altri in tal modo obligarà, che giamai deporremo la memoria del riceuuto benefitio conueniente al merito di chi'l chiede, e non men' honoreuole di chi'l concede; e quì reſto per ſeruirla in perpetuo. Stij ſana. Di Roma alli 23. Febraro 1639.

Exemplar Commendatoriæ.

QVamquam officium meorum erga te meritorum, Vir admodum illuſtris, ea conditione caret, quæ ad gratiarum petitionem animum mihi facere poſsit, inclytæ tamen benignitatis tuæ largitas huius generis eſt, vt firmam animo cùm in meis, tùm in rebus alienis propenſæ in me tuæ voluntatis ſpem iniciat. Propterea non modo in præſens deuotionem ſeruitutis in te

meam audeo renouare; verum de me etiam benemeritum, ac familiariſſimum ſummæ doctrinæ virum Leopoldum, litterarum noſtrarum latorem tibi magnopere commendare. Is iſtic in Vrbe Bononia docendi munus publicè exercere habet in optatis, vt ad multorum vtilitatem ſingularem ſcientiæ doctrinã palam faceret ſuam. Huius diſtributio muneris in tua maximè poſita eſt poteſtate, idcircò nihil quicquam dubito, quin hæc noſtra ſupplicatio multum commodi ſit allatura commendato viro; quem profectò egregijs meritis amplius commendabilem ipſe noueris, optimas, ac debitas exercendo muneri conditiones pleniſſime habentem; cuius quidem muneris elargitio vtrumque noſtrum tanta obligatione deuinxerit, vt nunquam accepti beneficij memoriam obliuione deleamus, quod vt petentis meritò dignũ congruit, ita concedentis honore congruenter dignũ eſt. Cæterum perpetuam tibi mancipo ſeruitutem meam. Vale etiam, atque etiam. Romæ ſeptimo Calendas Mart. 1639.

Esẽpio della Ringratiatoria.

IL fauore, che nello ſpedir il mio negotio caldamente raccommandatogli da V. S. molto Illuſtre è ſtato a me con-

conferito, in sì fatta guiſa hà legato l'animo mio con nodo di perpetuo obligo, che da quello ſenza notabil colpa non mi è lecito già mai ſcioglierlo: non ſolo perche il fauore per la neceſſità, ma molto più per la prontezza della ſua corteſia, lo ſtimo di prezzo ineſtimabile, ſi che non potendo promettere debita ſodisfattione di quello gli n'offero grata in perpetuo la memoria, che io à baſtanza, come credo, ſodisfare, mentre ricordeuole riconoſco grande il beneficio, di cui hora gli ne rendo le douute gratie con la maggior efficacia d'oſſequio poſſibile. Si compiaccia dunque d'eſſer tanto pronta in commandarmi, quanto è ſtata in fauorirmi. Li bacio le mani alli 2. di Marzo 1639.

Exemplar Euchariſticæ.

QVod officium in expeditione rei meæ, quam tibi enixè commendaueram, adhibuiſti, Vir admodum Illuſtris, eo perennis officij nexu animum tibi deuinxit meum, vt nonniſi deteſtabili ſcelere eximere, atque diſſoluere ab illo me poſſim: enimuerò non modo, quia ſummopere indigebam beneficio, verum amplius, quia tuæ benignitatis ſum facilitatem expertus, in maximo illud pretio vtique habeo. Id-

circo cum referre condignam officio gratiam nequeam, ſpondeo eius memoriam tibi ſempiternam: ita quidem me ſatis referre gratiam crediderim, quando beneficij ſingularis, & maximi gratum animum perpetuò geram, de quo in præſentiarum ago tibi, quo poſſum, maximo obſequij deſiderio, quas debeo gratias. Interea, Vir admodum Illuſtris, eadem voluntate, quo beneficia dediſti, te dare nobis mandata tua velim. Vale feliciter. Romæ ſexto Nonas Martias 1639.

Eſempio della Congratulatoria.

SE bene l'officio dell'antica ſeruitù mia, e merito ſingolare della conoſciuta virtù ſua, mi fanno certo, che V. S. ſenza teſtimonianza di mie lettere ſij per ſtimare, hauer io della ſua nuoua aſſuntione alla prefettura di coteſta terra conceputo indicibil allegrezza; tuttauolta non ho voluto contrauenire alla ſolita legge, à cui l'vſanza di congratularſene con lettere ſtà ſottopoſta, non già, per certificarla maggiormente della certa mia opinione, che la ſua ſingolar bontà di vita, eccellenza d'ingegno, & eruditione di dottrina ſia per eſſergli d'accreſcimento d'honore in sì honoreuol carico, & ad altri molti di

ſommo

ſommo giouamento, mà più toſto, per adempir con ſimil officio di congratulatione all'obligo della ſeruitù mia, & al merito della virtù ſua. Me ne congratulo dunque ſommamente con lei, e molto più meco, che di tal ſuo acquiſto di grado honoreuole ne giubilo, & in ſommo grado ne prendo diletto. Reſta ſolo, che io preghi il Signore che la cōſerui à lungo tempo, accioche à maggior officij, a' quali già la ſua virtù s'ha aperta la ſtrada, faccia felicemente il paſſaggio. Li bacio le mani. Roma alli 10. di Marzo 1639.

Exemplar Gratulatoriæ.

TAmetſi pro antiquo ſeruitutis erga te meæ officio, & ſingulari notiſſimæ virtutis tuæ promerito certior plané ſim, te etiam ſine vlla mearum litterarum teſtificatione exiſtimaturum, me lætitiam animo concepiſſe incredibilē, quod nuper ipſe Præturæ munus in iſthoc oppido obieris: violandam tamen legem conſuetudinis, vt per litteras etiam gratuler, vtique non putaui: hoc autem, non quia te admonitum amplius velim de ſtabili exiſtimatione tui mea, qui certè confido fore, vt ſingularis tua vitæ probitas, ſumma ingenij præſtantia, eximia doctrinæ eruditio, tibi ſint in tam honeſto munere al-

laturæ ad honores acceſſionem,& aliorum pluribus emolumento futuræ. Immò verò, vt huiuſmodi gratulationis officio ſatis meæ debito ſeruitutis facerem, & virtutis obſequio tuæ. Itaque, & tibi vehementer gratulor, & multo magis ipſi mihi, qui de tuo tam honorificæ dignitatis adeptu ſummopere gaudeo, atque immortaliter triumpho. Illud reliquum eſt, vt cum DEO precibus frequens contendam pro longa tuæ incolumis vitæ vſura, quod ad maiora Reipublicæ munia, quibus iam tua inclyta virtus aditum aperuit, quam primum feliciſſime proueharis. Vale fauſtus. Romæ octauo Idus Martias,anni milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi noni.

Eſempio della Gioco ſa.

TAnto è ſtato l'ardore dell'amicitia noſtra, che anco in queſto freddo ha hauuto poſſanza di riſcaldare in guiſa tale, e l'vn' e l'altro, che non vi è più biſogno di ſtufe per far vſcir fuora quell' iſcrementitio humore, che è cagione il più delle volte di mortali, e graui infermità, & io di già era incorſo in vna chiragra sì moleſta, da cui sì malamente le mie mani eran ridotte, che di già più non poteuo prender la penna in mano per iſcriuere; e ſe per auuentura voleuo sforzarmi,per non

man-

mancare all'oſſeruanza dell'amicitia, altro ſcriueuo di quel che penſauo, e ſpeſſiſſime fiate dauo in bus, & in bas. Hora dunque che io ſon guarito, mercè l'ardor della voſtra beneuolenza, vi annuncio, ſalute, lode, e gloria per æterna ſeculorum ſecula. E vi fò intendere, che voi non hauete amico, che à me preferir poſſiate, eſſendo che non negarò mai l'amicitia, benche inſieme con voi mi biſognaſſe morire, ne vi burlo, dico dal meglior ſenno, ch'io habbia. Conſeruateui ſano come vn peſce. Di Roma alli 12. di Marzo l'anno corrente 1639. della noſtra amicitia il vintuneſimo.

Exemplar Ioc*oſæ*.

TAntum extitit coniunctiſsimæ inter nos amicitiæ incendium, vt vel brumali frigore vtrumq; noſtrum ſumma vi ardoris calefacere ſatis valuerit, ne amplius hypocauſto, ſiue laconico opus habere videamur ad ſudorifici humoris (ex quo graues plerumque, ac lethales morbi) excrementum membris extrudendum. Ego autem in eam ſanè difficilis chyragrę valetudinem incideram, quæ manus meas ita ægras effecit, vt amplius manu calamum ſumere ad ſcribendum nequierim. Si verò, ne officio neceſsitudinis deeſſem meo, enite-

enitebar aliquid litterarum exarare ; aliud mente conceperam, aliud litteris exprimebam, frequentiùs etiam à mea ipſius ſententia diſsidebam. Quoniam verò in præſentiarum tuæ beneuolentiæ ardoris beneficio è morbo conualui, ſalutem tibi, laudem, & gloriam per æterna ſeculorum ſecula denuncio, vt intelligas, quem mihi in amore preferas amicum te habere neminem: nullo etenim tempore, licet me commori tecum oporteret, amicitię conditionem noſtrę renunciabo, idque non ioco, ſed ſeriò quidem tecum ago. Cura vt valeas etiam, atque etiam. Romæ quarto Idus Martij, anni 1639. amicitiæ noſtræ 21.

Eſempio della Conſolatoria.

TAnto più acerba mi è ſtata al ſentir la nuoua del paſſaggio da queſta vita del ſuo virtuoſiſsimo, e gratioſiſsimo fratello, molto Illuſtre Signore quanto meno da me in tal tempo era aſpettata, che per le ſue amabili qualità del'animo gli deſideraua lõgo'l viuere; onde per l'acerbiſsimo dolore, che io ne ſento, mi conoſco più biſognoſo di conſolatione, che atto ad eſſeguire queſt'officio di conſolar V.S. molto Illuſtre ſe bene la ſua ſegnalata prudenza, la quale sà molto bene, che è debito di noi mortali accommodare i noſtri vole-

-i con l'infallibile terminatione dell'eterno DIO, e che non dobbiamo rammaricarci di queſta commun conditione di natura mortale, mentre ſi commuta con l'eterne contentezze, douendo eſſer più cara l'vſcita da queſto carcere di quello, che ſuol eſſer lacrimeuol l'entrata, mi fà credere, che ella ſia più apparecchiata à mitigar con ſuoi conſegli, non che'l ſuo, l'altrui anco dolore, e mi libera da pagar quel debito, la facoltà del quale il dolor concepito nell'animo affatto mi toglie; moſtri dunque in queſto auuenimento il medeſimo valore, che in altri accidenti hà ſempre manifeſtato, e ſi come nelle proſpere ſi è ſaputa moderare, non ſi laſci dall'auuerſe perturbar quel dono di ragione atta à raddolcire ogni moleſta paſsione, e ſi conſerui. Di Roma alli 15. di Marzo l'anno 1639.

Exemplar Conſolatoriæ.

EO ſanè auditu grauius, ac moleſtius de obitu fratris tui viri ornatiſsimi renunciatum eſt hoc tempore, quò minus id putarem; enimuerò voluiſsem, illum diutiſsimè viuere propter inclytas ipſius animi dotes. Idcircò præ dolore, quem ſubſtineo, acerbiſſimum, me potius egere conſolatore ſentio, quam quod aliquam tibi (Vir ad-

admodum Illuſtris) adhibere conſolationem ego poſsim maximè. Singularis tamen illa tua prudentia (quam ne vtique fallit) noſtra hominum mortalium intereſſe ſuas voluntates certo DEI ſempiterni conformare conſilio, neque præterea de communi huius mortalis naturæ conditione conqueri, quam præcipuè commutamus æterna cum felicitate, ſiquidem iucundior ab hoc carcere debet eſſe exitus, quam antea fuerat lacrymabilis ingreſſus, ſingularis, inquã, illa tua prudentia me in eam animi ſententiam adducit certam, vt facilè credam, te tuis conſilijs, leuare, nedum tuum, ſed alienum etiam dolorem poſſe; meque inſuper ab eo muneris officio eximit, cuius ſoluendi facultatem eripit conceptus animo dolor meus. Exibe igitur eamdem in hac, quam in cæteris rebus conſtantiam animi præſtitiſti, & æquè atque in ſecundis moderationem adhibuiſti, ita in aduerſis, munus illud rationis, qua omnem mitigare dolorem potes, ab omni perturbatione cura conſeruandum. Vale pluſimum. Romæ Idibus Martij anno ſalutis milleſimo, ſexcenteſimo, trigeſimo nono.

Eſem-

Eſempio della Conſolatoria per ingiuria.

TAnto rammarico m'arreca, quanto più maggiore ſi può, l'intender io che ella viua in qualche trauaglio per vn certo repentino auuenimento d'auuerſa fortuna. Tuttauolta riducendomi io alla memoria la ſua ſingolar contanza, quale come vn generoſo campione armato di vna retta prudenza di conſiglio ſi oppone à gl'incontri di tali aſſalti, nè cede à gl'affanni, ſinche non ne riporti compita vittoria di vna ſalda conformatione al diuin volere, col regimento di cui il tutto ſi muoue, fà sì, che io mi conſoli, e tralaſci inſiememente d'inueſtigare altre ragioni ſolite in ſimili accidenti ſomminiſtrarſi, per confermare, e corroborar l'animo, acciò non ſoggiaccia al dolor del trauaglio; per tanto reſta ſolo, che io preghi inſtantemente il Signore, ſi compiaccia conſolarla à pieno, come io non mi ſatio condolermene, e gli conceda quella pace di quiete, che ella deſidera, e con tal fine li bacio le mani, Roma li 16. Marzo 1639.

Exem-

Exemplar Conſolatoriæ pro accepta iniuria.

DVm audio, te de improuiſo, atq; inopinato aduerſæ fortunæ caſu angi animo, tanto equidem angore diſcrucior, quam quo poſſim maximo, tuæ tamen memor conſtantiæ, quæ recto munita prudentiæ conſilio, hiſce fortunæ temerariæ violentijs ſe ſe opponit ſanè ſtrenuè, neque animi ſollicitudinibus ita opprimitur, quin diuinę, (cuius arbitrio vniuerſa gubernantur) voluntati omninò conquieſcat, adducor planè conſolari, & eas inſuper rationes prætermittere, quæ in huiuſmodi infortunijs ad animorum ſolatium, & moleſti doloris ſedationem ſuppeditari ſolent. Illud autem à DEO enixè deprecandum dumtaxat habeo, vt optata conſolatione afficiaris; quemadmodum ipſe nequeo vicem tuam non dolere. Vale. Romæ decimo ſeptimo Kalend. Aprilis 1639.

Eſempio della Lamentatoria.

DIO sà che, ſe per officio di ſtretta amicitia non mi ſi imponeſſe legge d'obligo di raguagliarla sì delle proſpere mie, come dell'auuerſe fortune, tralaſciarei io hora di ſcriuergli la

nia diſgratia, per non farla partecipe
el mio dolore: e vorrei più toſto non
criuergli, che inuiare le mie lettere
ggrauate con queſto trauaglio, da cui
on io al preſente grauemente afflitto.
Io fatto perdita grande dell' Eminen-
ſſimo mio Padrone, quale ſopra la
nia vita ſteſſa amauo, come vnico ſo-
tegno del mio viuere, ed inuero haue-
ei voluto più toſto la mia morte, che
eder vſcir di vita quello, in cui era ri-
oſta ogni mia ſperanza. Oh acciden-
e, per me infauſto! che ſe bene per que-
a perdita non mi laſcio in tal maniera
eprimere, che io non mi ricordi di eſ-
er huomo, e ſoggetto alla repentina
ortuna, tuttauolta vedendomi ſpoglia-
o d'ogni mia allegrezza non poſſo nõ
entire dolore acerbiſsimo, quale io al-
hora ſopporto con maggiore mode-
atione d'animo, e con minor trauaglio
uando mi ſi preſenta alla mente il ſuo
ngolariſsimo affetto verſo di me, in
ui parimente confido trouar rimedio,
er radolcire queſt' amarezza del mio
olore; ella dunque con la ſua pruden-
a mi preſcriua ciò, che io debba fare
n ſimil caſo per l'agiuſtamento della
nia perſona, che mi trouo ſenza il mio
Mecenate. Di queſto la ſupplico con
grand'inſtanza, e la riueriſco di cuore.
Roma li 2. di Marzo 1639.

Exemplar Lamentatoriæ.

ÆDepol niſi coniunctiſsimę munus neceſſitudinis noſtræ legem officij nobis imponeret, vt de rebus meis cùm proſperis, tùm aduerſis te certiorem faceremus, in præſentiarum ne mei te doloris participarem, prætermitterem ſcribere calamitatem meam. Equidem mallem nullas ad te litteras dare, quam hoc graues caſu, quo ſum ego grauiſsimè afflictus. Amiſimus Herum noſtrum Eminentiſsimum Cardinalem, qui nobis vita noſtra dulcior erat, quippè in eo ſeries viuendi noſtra vigebat, proinde interitum potiùs meum deſideraiuiſſem, quam è vita decedentem intueri virum, in quo ſpem omnem dignitatis meæ collocaueram. Proh mihi caſus iniquus! quod quamuis huiuſmodi iactura non ita frangar, vt hominem me eſſe obliuiſcar, & ſubitæ fortuna ſuccumbentem; hilaritas tamen, & ſuauitas erepta mihi omnis eſt, ne poſſum non ſummopere præ dolor contriſtari. Quem fero tunc ſanè mo deratiùs, cum ſingularis amor erga m tuus in memoriam incidit meam; in e namque non deſpero, me remedium leniendo dolori meo inuenturum ſalı tare. Tu igitur conſilio prudentiæ tuo quid mihi de me, qui Mœcenate opt

mo

no orbatus ſum hac in re ſit agendum
dmoneas, me velim etiam, atq; etiam
ogo. Vale. Romæ quinto Calendas
prilis 1639.

Eſempio dell' Officioſa.

AD vn merito ſingolar di fauori meritamente ſi deue vn tributo on ordinario di deuota ſeruitù; hor io imandomi ſommamente fauorito de' ioi meriti mi tengo anco in obligo deicare al ſuo ſeruitio, quel poco talen), che la tenuità delle mie forze inuiorita dall'affetto dell'oſſeruanza, che profeſſo, mi ſomminiſtra: ſi degni dunue in ogni occorrenza preualerſi della eruitù mia, di cui tutta fò hora a'ſuoi ommandi prontiſſimo sborſo, e ſappia he non mi mancarà mai volontà ardẽe di riuerirla, & honorarla, tenendo empre prontiſsima al ſuo volere ogni nia cura, & opera. Viua felice. Roma 19. Marzo 1639.

Exemplar Officioſæ.

SIngulari gratiarum promerito vtique tribuenda eſt plena omnis officij voluntas, quocirca ego me tuis beneficijs cumulatè ornatum cum ſentiam, omnem quidem facultatem mei tenuẽ

(quam

(quam tamen confirmat obſeruantia in te mea) commodis tuis adijcere vltro me debere cenſeo . Ne graueris igitur in omni re tua vti opera mea, quam in præſentia mandatis tuis dedo, cùm ſtudioſè, tùm libenter ; idque pro certo velim habeas nunquàm voluntatem ornandi te , atque honorandi ceſſuram meam : tuis enim optatis noſtrum omne curæ ſtudium promptiſſimum , ac paratiſsimum ſemper eſt. Vale optimè, ac feliciter. Romæ quarto Calendas Aprilis 1639.

Eſempio della Laudatiua.

NOn vi è coſa più gratioſa, più bella,& amabile della virtù, ne coſa che maggior gloria di lode meriti di quella ; per tanto non è marauiglia , ſe io in me ſento augumentarſi il deſiderio di riguardarla , l' affetto d' amarla , la volontà di ſommamente lodarla , men cè che riconoſco le ſue operationi hauer la vita da gran madre, dico dall gratioſa , bella, e lodeuol virtù , m perche eſſendo quelle sì riguardeuoli poco , per non dir nulla , gli potrebb dar lume di lode la mia lingua . Mi cō tentarò adunque , che doue manca facoltà della volontà di lodarla , ſup pliſca l'intelletto con l'ammiratione, ſi aumenti nell'animo il deſiderio di r uerirle,

erirle, e l'affetto d'amarle. Mentre he confeſſo eſſer in lei vna chiarezza, uale non ſolo à me toglie l'oſcuro del 'adulatione, mà rende lei à tutto il Mondo illuſtre; proſeguiſca innanzi, accioche ſi renda anche al Cielo glorioſo col ſuo ſplendore, e viua felice. Di Roma alli 30. di Marzo 1639.

Exemplar Laudatiuæ.

NIhil eſt virtute formoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius, nihil deniquè laudabilius. Quapropter ego nihil miror, ſi in animo obſeruantiæ erga te meæ deſiderium, amoris ſtudiũ, & voluntatem laudum tuarum augeri magis quotidie ſentiam, cum actiones tuas à præſtanti virtute videam proficiſci maximè; ſed quoniam eæ mirum in modum eluceſcunt, parum quidem aut potiùs nihil laudum illis afferret eloquentia noſtra: patiar ideò libenter, cum deſit voluntati facultas eas laudãdi pro dignitate, vt earum admiratio intellectum capiat, & animus venerationem earumdem, atque amorem augeat meus, dum eo virtutum luminè te colluſtratum fateor, quod non aſſentationis mihi tenebras eripiat modo, verum te quoque ſpectabilem omnibus præbeat. Perge, age, vt etiam gloriæ tuæ ſplendorem Cœlo inferas. Fac, vt

te

te felicisſimè cuſtodias. Romæ. Tertio Calend. Aprilis 1639.

Eſempio della Dedicatoria.

Illuſtriſsimo, e Reuerendiſsimo Sig.
Padrone Colendiſsimo
EGIDIO ORSINO DE' VIVARIIS
Datario di Noſtro Signore.

Qvei viuaci, e corteſi officij de'ſuoi beneficij (Illuſtriſsimo Prelato) e quella ſingolar propenſione di liberal volontà verſo la mia perſona già molto tempo è, che parea, mi sforzaſſe ad erigere vna viua memoria del mio ingegno a' ſuoi meriti, nella quale di continuo viueſſe l'oſſequio della mia verſo di lei, oſſeruanza; mà perche gl' immortali encomij delle ſue virtù ſi diffondono in guiſa tale, che non comportano con circuito di parole eſſer riſtretto, non vedeuo io con che fine poteſſi ciò eſſeguire; preſi altro partito, e mutai penſiero. Prego adunque la ſua benignità à non sdegnare, che ne' ſuoi eterni meriti viua perpetua l'oſſeruanza mia; la quale non potendo per hora ſecondo il volere manifeſtargli, ſtimo bene ſecondo il potere alla meglio teſtificarglila, ſe queſte Theſi legali, quaſi nouelli parti delli miei ſtudij racchiudo ne'ſuoi vrbani Viuarij. La doue

ſotto

ſotto la protettione de'ſuoi regij Leoni, ſon certo, goderanno più longo il viuere. Gli riceua dunque con tutto che piccioli al ſuo valore, mà però grandi per il mio affetto, con quel volto benigno, con cui eſſendogli ella Protettore ne'ſuoi felici auſpicij, viuendo s'auanzino all'accreſcimento, & in queſto io; che gli deſidero ogni felicità gli la prego inſtantemente da DIO. Roma li 2. d'Aprile 1639.

Exemplar Dedicatoriæ.

Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſs. Domino
ſuo Colendiſsimo
ÆGIDIO VRSINO DE VIVARIIS
Sanctiſs. D. N. Datario
F. P.

VIuida illa, & vrbana meritorum tuorum officia (*Illuſtriſs. Præſul*) ac ſingularis tuæ in me beneficæ voluntatis propenſio, impellere me quidem iamdudum videbantur, vt vitale aliquod meritis tuis monumentum ingenij mei erigerem, in quo æternum viueret obſequium obſeruantiæ erga te meæ. Sed quoniam longè, lateque virtutum tuarum præconia nunquam intermoritura, ita diffunduntur, vt pro dignitate complecti nulla oratione poſſint; non videbam, quo pari ſtylo hoc mihi conſti-

tuendum foret: aliud conſilium cœpi, & deprecor benignitatem tuam, vt patiaris in tuis æternis meritis viuere perpetuò obſeruantiam erga te meam, quam,quia pro voluntate oſtentare nequeo, pro facultate teſtandam aliquo modulo arbitratus ſum, ſi has Theſes legales ſtudiorum meorum quaſi partus in tuis vrbanis Viuarijs collocarem: diuturniorem enim,ac tutiorem vitam ſub regio Leonum tuorum præſidio victuros certè ſcio. Excipe igitur tu illos, quàquam pro dignitate exiles,pre obſeruantia tamen eximios benigno vultu, vt, te Patrono ſub tuis auſpicijs feliciter viuendo valeant ad augmentum. Interea ego omnia, quæ tibi volo à DEO Opt. Max. enixè deprecor. Vale. Romæ quarto Nonas Apr. 1639.

Eſempio della Suaſoria.

CON tutto che io non preſuma eſſer così atto à dar conſiglio,che'l mio anteponga à quello della ſua prudenza, nientedimeno e l'amicitia, e la beneuolenza, di cui ella ſi compiace farmi partecipe, m'eſortano à ſcriuergli quel che io ſtimo al commodo, & honor ſuo conueneuentiſſimo; sò, che l'educatione del ſuo vnico figliuolo ſopra ogn'altra cura gli è à cuore, e perciò ella procura inuiarlo all' vniuerſità di

di Perugia; io ſe bene non ardiſco riprendere il ſuo buon penſiero, lodarei molto più, ſe lo commutaſſe in migliore, e quà in Roma non altrimente in Perugia inuiaſſe il ſuo figliuolo per l'inſtruttione, & ammaeſtramento di dottrina; eſſendo la Città di Roma colmo ſeminario d'huomini eruditi, vago giardino, doue fioriſcono gl'ingegni; laonde con molta più facilità, in vn medemo tempo s'apprende con la diſciplina de'dotti, e con l'eſempio di periti, e'l modo di apprender le ſcienze, e l'vſo di trattar gl'affari, al che deue ella hauere il primo riguardo & à ciò fare deuan ſpingerlo in ſimil determinatione gli eſempi de gl'altri ſuoi eguali Cittadini, e la concordante opinione de'ſuoi amoreuoli, e la mia pronta ſeruitù apparecchiata ad ogn' efficace aiuto del giouinetto. e quì laſciando il tutto alla ſua prudenza li bagio le mani. Roma 4. Aprile 1639.

Exemplar Suaſoriæ.

ETſi in dando conſilio non tantum mihi aſſumo, vt meum conſilium pleno prudentiæ anteponam tuo, noſtra tamen amicitia, atque tua, quam mihi præſtas, beneuolentia me hortantur, vt ea ſcribam ad te, quæ commodo tuo conducere arbitrarer, neque

aliena ducerem à dignitate. Equidem eum te eſſe, qui inſtitutionem filij tui optimam præ omni cura cures maximè, præclarè ſcio, atque ideo illum Peruſiam ad ſtudium diſciplinarum mittere cogitas: quamuis autem ego conſilium hoc tuum non audeam reprehendere, multo tamen amplius, ſi illud mutares in melius, commendarem, ſique huc Romam, non autem Peruſiam filium tuum doctrina enidiendum mitteres. Vrbs etenim Roma eruditiſſimis hominibus, liberaliſsimiſque ingenijs affluit, ac floret. Propterea ibidem litteratiſsimorum hominum diſciplinis, atque peritiſsimorum exemplis eodem tempore, & ſcientiarum intelligentia, & tractandi negociorum perjtia facilè admodum percipitur. Qua in re tibi ſummopere enitendum, vt ille proficiat. Ad hoc autem aliorum ciuium exemplum, & tuorum ac de re opinio familiarium, qui idem omnes ſentiunt maximopere te hortantur, & meum inſuper obſequium ſeruitutis inuitat paratiſsimum in omnem filij tui o pitulationem, poſtremo rem totam eſto iudicio prudenti tuo. Bene Vale. Romæ Pridie Nonas Aprilis 1639.

Eſempio

Eſempio dell' Hortatoria.

NOn potea degenerar giamai l'animo ſuo dalla nobil indole di cui fin da tener' anni fece chiariſsima moſtra, che però intendo hora con mio grandiſsimo guſto l'auanzarſi ella in quel camino, che ad vna perfetta lode lo guida. Proſeguiſca dunque innanzi nell' incominciato corſo; accioche la mia ſperanza della ſua gran riuſcita quanto prima habbi il bramato compimento, con cui s'accreſca à lei quel maggior grado d'honore, che l'aſpettatione d'ogn'vno gli pronoſtica. Non è ella biſognoſa d' eſſortatione, ſtimolandolo à baſtanza il prudente ſuo giuditio, tuttauolta la beneuolenza mi fa abondare in queſt' officio d'eſſortarla à non ceſſare di ſpingerſi in oltra à tanta gloria, quanta il ſuo eminente ingegno gli và preparando: al che ſe aſſieme con la mia beneuolenza la ſua prudenza maggiormente eccitarallo, non dubito punto, che ben toſto non ſij per giungere ad vn grado di dottrina eminente, e qui li prego vn feliciſsimo corſo di viuere al ſuo valore. Roma li 5. d'Aprile 1639.

Exemplar Hortatoriæ.

NIhil poterat animus tuus ab ea, quam præ te à puero tuliſti egregiam indolem degenerare. Idcirco mox ego ſummâ cum lætitia intelligo, te in eo curſu verſari, qui ad ſummam laudem te deducit. Perge porrò, atque enitere in eodem curſu, vt quam de tua optima virtute ſpem concepimus, quã primum illa expleatur, quò pariter illum honoris gradum aſſequaris, quem omnium expectatio tibi prænunciat, maximum. Non eges tu quidem hortatione, ſatis enim te excitat prudentię cõſilium tuæ; verumtamen amor meus in huius officij fines paulo longius me deuehit, vt te horter, atque admoneam, ne inſtare atque vrgere tantam gloriam ceſſes, quantam tibi ingenium ſingulare tuum pręparat. Ad hoc ſi amor meus & prudentia tua ipſius amplius excitabunt, nihil dubito, quin ad ſummum doctrinæ incrementum acceſſeris. Cæterum feliciſsimam viuendi ſeriem virtuti à DEO Optimo Maximo deprecor tuæ. Vale. Romæ Nonis Aprilis 1639.

Eſempio

Eſempio dell' Accuſatoria.

NOn hò potuto più lungo tempo ſoffrire (mercè lo ſtimolo della amoreuolezza, che mi ſpinge) prolongar l'officio di certificarla con mie lettere, come il ſuo giouinetto nepote inuiato qua in Roma per apprendere con le buone lettere i ſanti coſtumi, hora ſi trauià alquanto da' termini della conuenienza, e doue prima con la ſua buona indole, & eccellente ingegno daua à tutti di sè buoniſsimo ſaggio, adeſſo mi fà dubitare, che non ſij per inciampare in qualche ſcoglio di riuſcita non buona, perche quanto la diſciplina lodeuole del Maeſtro gl'inſegna la buona ſtrada di viuere, e di giunger alla virtù propria d'vn giouine honorato, tanto la licenza d'alcuni ſuiati (a' quali egli s'è accoſtato) procura trabalzarlo al precipitio di qualch'infamia, la quale io per impedirgli più volte con buone ammonitioni l'ho corretto, non però con molto frutto. Dunque ella à cui più s'appartiene ſtij in cura di preuenire il giouinetto con opportuno rimedio, prima che eſſo ſi renda incurabile, ne io potrò hauere coſa più grata, che veder il frutto di queſto mio auuiſo. E li viuo ſeruitore. Roma 6. Aprile 1639.

Exemplar Accuſatoriæ.

TArditatem officij non potui perferre diutius propter beneuolentiæ, qui me concitat, ſtimulum, quin te per litteras certiorem facerem, Nepotem tuum ſanè adoleſcentulum, quem huc Romam, vt informaretur ad optimas artes, & egregios mores miſiſti, de ſpacio honeſti decoris aliquantulum deflectere: vti enim antea optima indole, & ingenio præſtanti ſuo ſpecimen probitatis omnibus præbebat, ita nunc vereor, ne, quam bonam ſui expectationem concitauit, ſuſtineat, ac tueatur. Etenim quam inſtituit eum ad bene viuendum, & ad virtutem ingenuo adoleſcente dignam honeſta Præceptoris diſciplina, tam enititur, immoderata quorumdam, quibus ille adhæſit, libertas improborum, & licentia ad vitæ turpis exitium adducere, quod quidem ego vt auerterem, ſæpius optimis admonitionibus cum eo egi; at penè fruſtra. Tu igitur, cuia plurimum intereſt cura adoleſcentem tempeſtiuo remedio, priuſquam inſanabili morbo afficiatur. Mihi verò, medius fidius, quicquam gratius nihil contigerit, quam ſi aliquem huius admonitionis meæ fructum adoleſcenti retulero. Cæterum me tuis imperijs ſeruum dedo, dicoq; Romæ octauo Id. Apriles 1639.

Eſempio dell'Eſcuſatoria.

HAurei a queſt'hora ſodisfatto pienamente a'ſuoi commandi hauendo per ogni conto riguardo ſeruire con ogni prontezza à chi mi conoſco hauer ogni ſeruitù di ſingolar affetto, di ſollecito officio, di diligente ſollecitudine, ſe vn certo non mediocre trauaglio d'animo ſopraueuutomi non m'haueſſe tolto quaſi à mè ſteſſo, & inſieme sforzato à laſciar indietro ogni altra cura. Scuſi per tanto queſta mia tardãza nell'eſſecutione de'ſuoi commandi, atteſo che, ſe gl'accidenti ſiniſtri m'hanno reſo per auuentura al ſuo ſeruitio traſcurato, non ſi è però punto ſcemata l'oſſeruanza che gli profeſſo, ne la memoria dell'obligatione ſi è remeſſa: quanto prima riſarcirò quel debito, che la mia mala fortuna, e i ſubitanei accidenti hãno ſin'hora ritardato. Mi ſtudiarò, che ella non habbia per l'auuenire à deſiderare la mia diligenza, e ſollecitudine ne'ſuoi affari col ſodisfare puntualmente al ſuo accenatomi deſiderio: e quì me li confermo obligatiſsimo ſeruidore.

Roma li 7. d'Aprile 1639.

Exemplum Excuſatoriæ.

IAmpridem mandatis tuis cumulate ſatisfecisſem (tibi enim diligentiſſimè obtemperare cupio maximè; cui quidem omne ſtudium amoris mei, omne officium induſtriæ, omnem operæ curam debere me non ignoro) niſi quidam acerbus animi ſenſus, qui me grauiter occupauit, quaſi de mente deturbaſſet, atque compuliſſet alia quoque deſerere officia omnia. Excuſabis igitùr hanc officij cunctationem mei, in exequendis mandatis tuis. Enimuerò licet aduerſi caſus me fortaſſe rebus tuis minimè ſedulum effecerint, nihil ta men quicquam de obſeruantia in te mea diminuimus, neque memoriam meritorum in me tuorum depoſuimus. Quamprimum ego debitum officium, quod ſubiti caſus, & aduerſa mihi fortuna retardarunt reintegrabo. Seduloque dabo operam, ne meam in rebus tuis diligentiam, ac ſollicitudinem poſthac deſideres: nihil enim vnquam deero ſignificato nobis deſiderio tuo. Interea me tibi denuò additiſſimum deuoueo. Vale. Romæ. Septimo Idus Aprilis M. DC. XIL.

Eſem-

Eſempio della Commiſsiua.

VIuo così certo della ſua verſo di me beneuol corteſia, che ſtimo ſouerchio ogni preambolo di ceremonioſe maniere per più cattiuarmela. Laonde con certa ſperanza, che ella ſia per adoprarſi à mio prò non ſenza la ſua ſolita amoreuolprontezza, con ogni fiducia la richiedo dell'opera ſua, nell'eſſigere alcuni denari, che coſtì mi deue sborſare il Sig. Antonio Rugieri per cenſo annuo. Il tempo prefiſſo dello sborſo è già ſcorſo; ſi che non potrà eſſo allegare difficoltà alcuna, che lo ſcuſi dal non ſubito pagargli alla ſua dimanda, & all'eſſibitione della mia lettera. Doue anco mando l'incluſa riceuuta, acciò doppo l'hauuto pagamento gle la conſegni. Ero per venir io coſtà, ma alcuni ſubitanei auuenimenti m'han fatto mutar penſiero: ho però confidato nell'opera di V.S. per l'eſperienza, che tengo della ſua amoreuolezza, & affinche ella conoſca tanto eſſer il deſiderio, che ho di ſeruirla, e riceuer i ſuoi commandi, quanto è l'ardire di raccomandargli i miei affari, de' quali ne ſpero ogni felice riuſcita, mentre li commetto alla ſua prudenza.
Roma li 8. Aprile 1639.

Exemplar Mandatoriæ.

ADeò mihi conſcius ſum benignæ voluntatis erga me tuæ, vt ſuperuacaneum putem verba præfari officioſa ad firmiorem beneuolentiæ conciliationem; propterea cum in non dubia ſpe habeam, fore, vt ſis ipſe daturus operam tuam humanam, & paratam commodis meis, familiariter quidem, & confidenter te rogo de exigenda pecunia, quam iſthic mihi è cenſu annuo ſoluere oportet Antonium Rugerium; præſtituta ſolutioni dies iampridem elapſa eſt, quo circa nullam difficultatis rationem afferre poterit, qua ſe tueatur, ne illicò tibi pecuniam petenti annumeret: exhibitis maximè litteris meis in quibus ſimul acceptilatio continetur, quam numerata tibi pecunia non anteà ei tradideris. Iſthuc egomet cogitabam; at præſubitis quibuſdam caſibus conſilium abieci, nè tamen operæ tuæ confidi plurimum, ſatis experta benignitate in me tua; ſic vt intelligas me tibi parère, ac ſeruire tàm cupere, quam audeo rerum mearum rationes tibi cõmendare. Quippe quas ſpero fore fortunatas, dum prudentiæ tuæ credimus, atque committimus. Cura diligentiſſimè iucundam valetudinem tuam.

Romę. Sexto Idus Aprilis MDCXXXIX.

Eſem-

Eſempio dell' Ammonitoria, & Hortatoria.

IL chiaro, e l'ombra eſſendo di natura contrarij rendono impoſſibile, che doue riſplende vn chiariſsimo lume di ſegnalata diligenza vi ſi meſchi oſcura caligine di notata traſcuraggine; onde hauendo io ſempre conoſciutola in tutto diligentiſsima perſona mi ſi rende hora difficile il creder, che qualche nebbia di negligenza gli oſcuri alquanto tal virtù. Io tuttauia, che amo la ſua illuſtre gloria, quanto la mia propria, non vò tralaſciare con la luce di queſta mia lettera riſplendente di chiari, e maniſeſti ſegni d'affetto dar conoſcenza à lei di quell'ombra, la quale vn certo vapore di mormorio popolare genera, per offuſcare la ſua virtù ſingolare, affinche ella voglia con lo ſplendor di nuoua diligenza dileguare qualſiuoglia nube, che auanti li s'oppone. Sò che non è ella biſognoſa gli ſi manifeſti il chiaro di più efficaci ragioni per toglier via la nebbia di qualſiuoglia biaſmo; eſſendo ſofficiente à ciò il ſuo deſiderio di vna gloria intatta, ed vn decoro incorrotto. Aggradiſca per tanto queſto mio amicheuole officio, e meço anco l'eſſerciti, quando gli ſi preſenti il caſo neceſſario: e ſenz'altro prego DIO gli conceda ogni gloria. Roma li 9. Aprile 1639.

Exem-

Exemplar Monitoriæ, & Hortatoriæ.

NAtura comparatum eſt, vt claritas obſcuritati aduerſetur maximè. Proinde fieri nequit eò opacas negligentiæ offundi tenebras, quò diligentiæ ſplendor diffunditur clariſſimus. Propterea cùm te in omni re cognouerim ſanè ſedulum, vix adduci poſſum, vt credam aliqua incuriæ nebecula virtutem obſcurari tuam. Ego tamen, qui tuam illuſtrem gloriam æquè atque meam expeto, non poſſum facere, quin te his litteris amore clariſſimis certiorem faciam, quam noctem ſedulitati tuæ offundat quidam rumor vulgi non bonus, vt ipſe nouo diligentis induſtrię ſplendore faciliè diluas quicquid tenebrarum contra opponitur. Equidem haud ignoro, te probabilium lumine rationum ſplendidiori non egere ad caliginem cuiuſuis reprehenſionis diſcutiendam. Ad hoc enim ſatis valet intactæ gloriæ, atque inoffenſi decoris igniculus deſiderij tui. Æqui, boniq; facito hoc amiciſsimi animi erga te mei officium, idemque mihi, cum opus fuerit, fac vt præſtes. Vale, & DEVM Opt. Max. deprecor, vt te in omni gloria ponat. Romæ. Quinto Idus Aprilis M. DC. XXXIX.

Eſem-

Eſempio della Miſta.

NOn potea meglio ſecondo il noſtro deſiderio riuſcir il negotio, ne con maggior preſtezza ridurſi à perfettione; ſi che io me ne rallegro ſommamente, & à lei, come ad attore ne rendo le douute gratie. Ritorna coſtà il noſtro Domitiano, à cui per non hauer io commodità di tempo, hò commeſſo che in nome mio parli ſeco à bocca de gli altri affari; io deſidero in tutto, e per tutto eſſergli di ſodisfattione, e perciò me gl'offeriſco prontiſſimo ad ogni ſuo deſiderio. Quì non hò alcuna coſa nuoua, che io giudichi douergli ſcriuere: il tutto, che giornalmente occorre meglio intenderà dal lator della preſente, à cui ogni piacere, che ella farà, ſtimarollo à me ben fatto, eſſendo egli meriteuole d'ogni honore. Stij ſana, e ſi conſerui felice. Di Roma li 11. d'Aprile 1639.

Exemplar Mixtæ.

NOn poterat felicius ex noſtra ſententia res contingere, neque maiori celeritate abſolui, qua propter & ſummopere gaudeo, & debitas tibi gratias ago, qui negocium apprimè confeciſti.

feciſti. Redijt iſthuc Domitianus noſter, cui (neque enim mihi ſatis ocij ſuppetit) demandaui, vt meis verbis oretenus tecum loqueretur accuratiùs de cæteris rebus omnibus. Ego autem vehementer cupio, me nihil tibi quidquam deeſſe. Idcircò omnem operam meam optatis tuis dedo, dicoque. Nihil hic noui habetur, quod placeat nobis ad te ſcribere: omnia enim quæ in dies accidunt ab eo, cui has litteras ad te dedimus, cognoſcere melius poteris; in quem præterea quicquid beneficij contuleris, in me abs te collatum benè exiſtimauero. Vir etenim dignus eſt, qui omni officio excipiatur. Vale feliciter, Romæ. Tertio Idus April. 1639.

Eſempio di Riſpoſta.

L'Elegante lettera di V. S. con la quale ſi è compiaciuta honorarmi, non tanto m'hà arrecato ſommo diletto per lo ſtile, con cui ella era ſcritta, polito, e pieno di dottrina, quanto per la ſingolar beneuolenza, della quale ſoprabondaua verſo la mia perſona; per tanto ne rendo quelle gratie maggiori, che render ſi poſſino à perſona, a cui mi confeſſo obligatiſsimo, e ſenz' altro la riueriſco. Roma li 12. Aprile 1639.

Exem-

Exemplum Reſponſoriæ.

Litteræ tuæ, quas ad me honorificè dediſti ſanè elegantes, mirificè me lætificarunt, non modò propter ſtylū, quo erant ſcriptæ, ſermone perpolitū, & doctrina refertum, verum amplius propter ſingularem erga me, qua egregiè affluebant, beneuolentiam. Itaque quas debeo tibi, cui plurimum me debere fateor, gratias ago maximas, atque ampliſſimas. Cæterum te ſalutò perofficiosè, vtque rectiſſimè valeas admoneo. Romæ. Pridie Idus Aprilis 1639.

Lettera Narratoria.

Certo che la noſtra intrinſichezza d'amicitia ricerca si, che io di quando in quando vi ſignifichi qualche coſa intorno alle mie faccende, ſanità, e ſtudio: poiche vi dimoſtrate così affettionato di me, che ben ſpeſſo dite, non poterui accadere coſa più grata, che frequentemente legger le mie lettere, quando ſijno nuntie di miglior fortuna: per dunque ſodisfare all'affetto della voſtra beneuolenza verſo di me, eccoui le felicità, che (DIO propitio) mi ſono auuenute. Gl'anni adie-

tro

tro io ero venuto in Roma moſſo da quella ſperanza per eſercitare di queſta Curia qualche honorato offitio, ſe haueſſi potuto terminare, e compire il corſo cominciato delle ſcienze. DIO lodato, con buona ſanità, e buon Maeſtro Legiſta, alla fine terminati i ſtudij, il primo di Decembre con tutti i voti fauoreuoli, con applauſo commune, hebbi la laureola del Dottorato, e nel medemo tempo il Cardinale, che mi fauoriua procurò, che io haueſſi vn publico offitio, e che in Campidoglio ſeruiſſi al Popolo Romano di Segretario, officio aſſai honorato, e di molto guadagno: ſpero, che potrò qualche coſa e per me, e per gl'amici, per quali deſidero ogni bene: ma à voi, che ſtimo aſſai, così ſeruirò, che intenderete quanto io vi ſia affettionato: mantenetiui, e come ſolete amatimi. Di Roma li 11. Decembre 1654.

Epiſtola Narratoria.

De rebus meis, de valetudine, de ſtudijs exigit omnino amicitia noſtra, vt aliquid interdum tibi ſignificem, qui adeo me amas, vt ſæpè vſurpes cõtingere gratius tibi nihil poſſe, quam cum litteras noſtras legis indices fortunæ melioris. Vt igitur ſtudio, beneuolentiæ in me tuæ faciam ſatis, accipe

quæ

quæ mihi obuenerunt, propitio DEO, ſecundiſsima. Romam veneram ſuperioribus annis eà ſpe ductus, vt honeſtis huius Curiæ laboribus cum aliqua gloria perfungerer; ſi eum ſcientiarum curſum, quem inſtitueram, abſoluere, & conficere potuiſſem. Auſpice DEO integra valetudine vſus, atque adeò egregio Doctore iuriſconſultiſſimo illū tandem doctrinarum Orbem peregi, & proximis Kalend. Decembribus cunctis ſuffragijs, toto theatro plaudente, lauream adeptus ſum, quæ me inter viros iuris interpretes cooptatum deſignat; eodem tempore Princeps Purpuratus, quem Mecenatem nactus fueram curauit me publico muneri perficiendum, qui ſcilicet in Curia Capitolina Populo Rom. à ſecretis inſeruiā, quod munus ſanè honeſtum eſt, ac multi compendij: ſpero forè vt mihi, & amicis, quibus quidem omnia volo, aliquid prodeſſe valeam: ſed tibi, quem in aliquo numero ſemper habui; dabo operam, vt ita in omni re præſto ſim: vt intelligas eſſe te mihi quam cariſsimum. Hæc habebam qua de meis rebus ad te ſcriberem. Tu mecum fruere noſtra fortuna, & vale, meque, vt ſoles, ama, & dilige. Romæ III. Idus Decembris M.DC.LIV.

Lettera

Lettera Petitoria.

L'Humanità voſtra, che non è ſolita mai mancare agl'amici, mi dà cōfidenza, che io in gratia della noſtra amicitia richiedi l'opera voſtra in coſa neceſſaria, e che diate mano a'miei honorati ſtudij. Perche m'importa molto hauer tutte l'opere dell'Oratore Latino, le quali egli ſcriſſe non ſolo dell'arte Oratoria, ma anco degl'Officij, della Republica, e coſtumi dell'humana vita, e che ſijno ſtampate con ogni correttione, e con carattere chiaro, e non confuſo: perciò vi prego, che ſe coſtì in Venetia vi ſaranno di ſimil fatta (che eſſer vi ſogliono) le cerchiate, e comprate quanto più preſto potete me le mandiate: ſe poi coſtì non vi ſaranno come ſi deſiderano, comettiate ad alcuno de'voſtri, che negotia in Antuerpia, acciòche cercate con ogni diligenza quanto prima ſijno portate ò à voi in Venetia, ò à me in Roma in qualche modo. Tutto ciò che vi ſpenderete, e pagarete io rifarò à chi vorrete ad ogni minimo voſtro cenno; non mi potrete fare coſa più grata, e ſtimate, che ſempre haurò l'animo pronto à voſtri ſeruitij. Di Roma li 14. Decembre 1654.

Epiſtola Petitoria.

HVmanitas tua, quæ deeſſem amicis nulla in re patitur, mouet me, vt per noſtram amicitiam petam: vt operam tuam in re neceſſaria amico præſtes, & proſpicias, ac conſulas ſtudijs meis per quam honeſtiſſimis. Quoniam mea multum intereſt habere me Oratoris Latini cuncta, quę ſcripſit, opera, non modo de re Oratoria, ſed quæ etiam mores humanæ vitæ, ac Reip. officia docent Typis edita Antuerpiæ longe emendatiora, perfecto charactere, & nihil perturbato, rogo te etiam, atque etiam, vt ſi iſthic Venetijs huius generis fuerint (eſſe autem plurima ſolent) perquiras, & empta ad me quã poteris expeditiſſimè mittas: ſin autem ibi, qualia optantur, non aderint, mandes alicui tuorum, qui Antuerpiæ commorantur, mercaturæ exercendæ gratia, vt ea conquiſita propediem curet aliqua ratione ad nos præferenda, quicquid ſumpti feceris, erogaueriſque bona fide, cui voles numerabitur; hoc mihi gratius facere nihil poteris, & puta addictam sẽper officijs tuis voluntatem meam. Vale, Romæ XIX. Kal. Ianuarias à Partu Virgineo, M. DC. LIV.

Lettera di Raccomandatione

BEnche trà di noi non vi fuſſe, ò cariſsimo Egidio, grand'amicitia: con tuttociò (mercè la voſtra gran corteſia, & affetto verſo i litterati) ardirèi ſpeſse volte con mie lettere inuiarui quei gioueni, e raccomandarueli, i quali inſtituiti nelle belle lettere, dalla mia ſcuola ſi sforzano far paſſaggio alle più graui ſcientie, anco con gran fatica, e ſpeſa: acciòche voi con la voſtra ſolita corteſia li fauoriſti, e con l'opera voſtra procuraſte in coteſta vniuerſità di Padoa d'huomini eccellentiſsimi, egregiamente s'addottrinaſſero. Hora poi hauendoui per longo tempo ſtrettiſſimo amico, & inuiandoſi coſtà Iſidoro vno de' miei particolari ſcolari, il quale per le ſue rare qualità, e buona natura amo non ordinariamente, non comporto, che parta da noi, ſenza che io ſcriua queſte lettere, con le quali voi intendiate, eſſer egli della mia raccomandatione meriteuole, e della voſtra beneuolenza: egli è giouene erudito, dedito alle buone arti, di ſomma bontà, e modeſtia: voglio che lo riceuiate nella voſtra conuerſatione, in tal maniera, che egli intenda, quanto gli gioui queſta mia raccomandatione per apprender le ſcienzie, alle quali egli è per attendere:

cono-

ɔnoſcerete il giouine grato,& officio-
ɔ , e ſaprete di più , che quella corte-
a , che ſeco vſarete , obligarà me , &
ſuoi padri , che ſono perſone honora-
: . E DIO vi conſerui ſano . Di Roma
15. Decembre 1654.

Epiſtola Commendatoria.

QVamuis non magna inter nos amicitia foret (cariſsime Ægidi) tamen auderem (quæ tua ſumma eſt humanitas , atque in omnes literatos amor) cum meis litteris ſæpè mittere eos adoleſcentes , & commendare , qui mitioribus diſciplinis eruditi ad grauiores ſcientias pleno gradu cōtendunt vel per ſumnum laborem , & impenſas , quos tu tua beneuolentia foueres,& operá curares in iſta Patauienſi excellentiſſimorum virorum Academia probè egregiè inſtituendos . Nunc verò cum te vinculo neceſſitudinis per lōga tempora obſtrictum habeam, & Iſidorus iſthùc veniat vnus ex meis auditoribus præcipuus , quem ob egregios mores, ſuauiſsimumque ingenium non mediocriter diligo ; ſanè non patior à nobis eum abire,quin ad te has litteras darem , quibus intelligas, ipſum noſtra commendatione eſſe digniſſimum, tuaque beneuolentia: eſt enim humanis litteris eruditus , optimiſque artibus deditus,

ditus,,& bonus planè iuuenis, ac ſumma probitate,ſummaq; modeſtia : eum velim tua facilitate, ac familiaritate ſic complectare, vt ſentiat quantum ſibi profuerit noſtra commẽdatio ad capeſſendas ſcientias, quibus operam daturus eſt : gratum adoleſcentem, & officioſum forè cognoſces : illud etiam velim ſcias,quicquid in eum comitatis, & operæ contuleris, id te in me, atque parentes eius, homines ſanè honeſtiſsimos collaturum, qui etiam in eam partem omnia accepturi ſumus:vt propter ea tibi deuinctiſsimos eſſe fateamur. Vale. Romæ XVIII. Kalend.Ianuarias M. DC. LIV.

Lettera di Ringratiamento.

NOn mi ſon ſcordato ne mai mi ſcordarò con quali gratie voi mi fauorite, operando, che i miei intereſsi non patiſcono : mentre impedito io in Roma con graui negotij non m'è conceſſo ritornar in patria. Intendo dalle lerrere de' miei giornalmente quanta cura habbiate de'miei negotij e quanto vi affatichiate in promouere i miei vtili; che ſe ſi trattaſſe del voſtro affare,certo non lo potreſti fare con più amore, e diligenza, la qual voſtra corteſia (ò cariſsimo Dioniſio) così mi ſtà à cuore, che non è facil coſa ſpiegarlo con parole :

role:amo io inuero i commodi de'miei e no'l niego, l'amo grandiſsimamente, ma io ancora ſono vn'huomo, che maggiormente amo l'autore del bene: imperoche ſoglio in queſto fatto rimirar più toſto il fonte de'beneficij, che è l'amore, che gl'iſteſſi beneficij; ſi che, ſe ben la coſa per ſe ſteſſa parla, con tutto ciò con queſte quattro righe apertamẽte confeſſo, che tanto vi deuo, quanto non ſono ſufficiente à ſodisfare: vi ringratio però come poſſo, e vi ringratierò fin che viuo: perche non vedo poter corriſpondere à tanti beneficij con ordinario ringratiamento: ſe per auuentura non penſate (che è voſtra prudenza) à ſufficienza eſſer ringratiato, mentre io tengo à mente non eſſer io più obligato ad alcuno, che à voi, che così bene mi beneficate: proſeguite i fauori, ve ne prego, e ſappiate, non eſſer coſa, che per voi non deua, e ſia per far volentieri. State ſano. Roma li 16. Decembre 1654.

Epiſtola Euchariſtica.

NOn ſum oblitus, neque vnquam obliuiſcar, quibus me officijs proſequaris: cum opera tua efficias, ne rerum mearum rationes impendium ſubeant, quamdiù mihi grauioribus curis Romæ detento in patriam reditus mi-

nimè licet. Cognoſco quotidie ex meo- rum litteris, quantæ tibi curæ res meæ fuerint, & quantum in ornandis, & amplificandis commodis meis enitaris sẽper in omni re; vt ſi de re tua ageretur, diligentius certè & amabilius facere nihil poſſes. Quæ tua humanitas (Dionyſi cariſsime) altius mihi hęret, quam vt facilè ſit verbis explicare; amo quidem ego commoda meorum, neque ibo inficias, amo vehementiſsimè: ſed is etiam ſum, qui magis ipſius commodi auctorem amem: ſoleo enim in hac re, magis quam ipſa beneficia, fontem ſpectare beneficiorum, qui amor eſt. Itaque cum res ipſa per ſe loquatur, his tamen litterulis apertè fateor, me tibi tantum debere, vt ſoluendo minimè videar: ago tamen, vt poſſum, immortales gratias, agamque, dum viuam: tantis enim tuis officijs non video vulgari gratiarum actione reſpondere me poſſe: niſi fortaſſe (quæ tua prudentia eſt) me referre gratiam putes, cum memoria teneo me debere nulli magis, quam tibi; qui gratiſſimis, & optatiſſimis beneficijs ita me afficis. Perge igitur, rogo te, eodem animo res meas fouere: idque ſcias velim nihil eſſe rãtum, quod ego non tua cauſa debeam, facturuſque ſim tum ſtudioſè, tum libentiſſimè. Vale Romæ XVII. Kal. Ianuarias MDCLIV.

Lettera di Congratulatione.

SE bene per i meriti, che voi meco hauete, e per gl'officij, che io deuo à voi, ſon certo, che ſenza mia atteſtatione di lettere, voi ſapete bene, grande eſſer la mia allegrezza, che prendo da'voſtri honori: mercè, che vi deſidero ogni bene; con tutto ciò hò ſtabilito con queſte quattro righe ſignificarui quanto io mi ſij rallegrato, e quanto gioiſco, quando per lettere degl'amici ſon fatto certo, che voi hauete conſeguito quella laurea di dottrina, la quale facilmente puol portarui a' ſommi honori, & accreſcerui con lodi ſingolari: ſi che vna, e più volte mi congratulo con voi di queſta voſtra dignità, la quale così deſidero, che DIO vi proſperi, che compiſca la ſperanza, che m'hà ingerita nell'animo l'eccellenza del voſtro ingegno, la ſomma bontà, e le ſomme virtù: onde confido, che facilmente otterrete i gradi illuſtri: imperòche la virtù ſuol eſſer à gl'huomini, e d'vtile e d'honor grandiſſimo, coſe, che gl'amatori della verità non vogliano trà loro già mai ſi ſeparino: laonde perciò non mi congratulo à voi ſolo: ma a me medemo, & à tutti gl'amici, i quali ci ſtimiamo honorati con la voſtra dignità: reſta ſolo, che io preghi IDDIO,

vi conſerui, acciòche auuanzandoui con la gloria delle dottrine, vi rendiate al Mondo honoratiſsimo. Trà tanto riceuete queſt' officio d'oſſeruanza, ò più toſto di beneuolenza: e vogliatemi bene, ſtate bene. Roma li 18. Decembre 1654.

Epiſtola Gratulatoria.

ET ſi pro tuis erga me promeritis, meiſque in te officijs putem te *latere* minimè poſſe, etiam ſine litterarum mearum teſtificatione magnam me, qui tibi volo omnia ſecundiſſima, lætitiã de dignitate tua capere, ſtatui tamen mihi eſſe faciendum, vt tibi etiam per litteras ſignificarem, quam gauiſus ſim, ac penè triumphauerim, cum certior factus amicorum epiſtolis te eam doctrinæ lauream adeptum fuiſſe, quæ te ad ſummos gradus efferre facilè queat, ac laude cumulare honeſtiſſima. Itaque gratulor tibi etiã, atq; etiam hanc dignitatem, quam pariter DEVM Optimum Maximum ita fortunare volo, vt eam ſpem expleat, quam animo iniecit meo præſtantia ingenij tui, eximia probitas, maximæque virtutes: vndè valdè confido forè te omnia facilè conſequuturũ præclara. Virtus enim maximo eſt hominibus vſui, & ornamento, neque qui veritatem diligentius meditantur,

hæc

hæc inuicem ſeparari volunt. Quare hac de re non tibi vni tantum gratulor, ſed mihi gaudeo, atque neceſſarijs omnibus tuis, qui hac tua dignitate cohoneſtari ſe ſentiunt. Reliquum eſt vt ſupplex DEVM orem, qui te in optimo ſtatu valere iubeat, vt ea gloria doctrinarum præſtes, qua te omni laudis genere cumules. Interea gratum, acceptumque habe hoc meum in te obſeruātiæ, immo potius beneuolentiæ officiū. Et me, qui potiori ſtudio te proſequor, ama, vt ſoles. Vale, Romæ XV. Kal. Ianuarias, 1654.

Lettera di Conſolatione.

MI è ſtato aſſai moleſto al ſentire, e grandemente m'ha commoſſo nell'animo la nuoua giontami all'improuiſo dell'immatura morte del voſtro figliuolo giouinetto d'ottima ſperanza, & il quale per la di lui egregia indole, io aſſieme con voi vnicamente amauo, e ſtimauo degno, che longamēte viueſſe, acciò poteſſe con la ſua virtù rallegrare, & honorare, e voi padre, e tutta la caſa: mi doglio in vero, e come deuo, grauemente ſento la diſgratia d'vn huomo amiciſſimo, e la ſtimo calamità commune, la quale ne meno hora ſenza molte lagrime poſſo ridurmi à memoria. Ma quando vengo in quel

penſiero, che ſiamo nati huomini, a' quali importa aſſai conformare i ſuoi voleri all'eterno decreto di DIO, e che quella è la noſtra conditione, che eſſendo la vita breue ſe non moriamo in queſto tempo, conuien morire poco doppo, e che noi barattiamo le ſpoglie della morte con il premio dell'immortalità, con queſto penſiero mi ſento nó poco rincorare. Che? ſe anco à coloro ſuccede bene, i quali all'hora commutano queſta vita con l'altra, quando v'è ſperanza della loro eterna felicità: poiche non entrati apena nelle miſerie degl'huomini portino vna candida, e ſincera quaſi mente d'Angeli. Poneteui dunque queſto medeſimo auanti gl'occhi voi, e sforzateui allegerire il dolore: più non ſcriuo, per non parer far torto alla voſtra prudenza: fate, che io intenda hauer voi vn'animo, che tutte le coſe egualmente ſoffriſce, e con ogni diligenza conſeruatiui. Roma li 22. Decembre 1654.

Epiſtola Conſolatoria.

AVditu ſanè mihi quam moleſtum fuit, vehementerque animo me commouit, cum renunciatum eſt fatum inopinatum, & præcox filij tui optimi adoleſcentis, quem ob egregiam eius indolem, vna tecum vnicè, quidem dili-

diligebam, digniſſimumque iudicabam, qui diutiſſime viueret: vt te parentem, domumque totam lætificare ſua virtute poſſet, atque honorare. Doleo, & ſane quam pro eo ac debeo, moleſtè fero amiciſsimi hominis caſum, eamq; communem calamitatem exiſtimo, quã neq; ſine lacrymis multis repetere memoria poſſum: attamen cum in eam cogitationem venio nos homines eſſe natos, quorum intereſt multum voluntates ſuas certo DEI, ſempiternoque conſilio accommodare, cum ea noſtrà conditio ſit: vt ſi non hoc tempore, paucis poſt annis tamen moriendum ſit, cũ ſit vita breuis, neque diuturna; & commutare nos exuuias mortalitatis immortalitatis præmio: cogitatione ea non mediocritèr ſum cõfirmatus. Quid? ſi cum his optimè agitur, qui eo tempore vitam cum morte commutant, cum ſpes eſt optima illorum æternę fęlicitatis, qui in nullas adhuc hominum miſerias ingreſsi, candidam, quaſi mentem Angelorum gerunt. Hoc idem fac, ob oculos tibi proponas, & leuare dolorem adnitere; ſuperſedeo plura ſcribere, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Cura, vt intelligam te animum gerere, qui æquè omnia, & in ſecundis rebus, & in aduerſis ferre poſſit. Iterum & ſæpiùs Vale. Romæ XI. Kalend. Ianuarias M.DC.LIV.

Lettera Gioco∫a.

PEr mia vita, che non haueuo, che ſcriuerui, ſe non che mirabilmente v'amauo: ma di queſto ſon certo, che voi non ne dubitauate, ben che io nulla ſcriueſsi: in Roma non è ſucceſſa nouità: con tutto ciò qualche fiata io ſcriuo, acciòche per auuentura non mi riprendiate, che mi ſia ſcordato di ſcriuere, e che io vogli più toſto ſeguir le leggi delle liti, che della beneuolenza, ò pure che io ſia fatto così delicato, che m'aggraui ſcriuer lettere ad huomo amiciſsimo quando occorra, che ſe ben patiſco di podagra, e giaccio in letto, non però l'inuerno mi trauaglia le mani, che io dal letto non dij di piglio alla penna: anzi così mi dò allo ſtudio, che ſcriuo ſempre, e ſempre leggo, & à pena veggio con gl'occhi il ſonno, e prendo il cibo: vengono à me alcuni, che mi ſtimano Dottore, per conſulta de'negotij, che m'intronono la teſta, e me l'empiano di chiacchiare. Venne l'altro dì vn'huomo di campagna, di cui quando mi ſouuien l'imagine, non poſſo tener le riſa; era di ſtatura alta, di corpo groſſo, e graſſo, che pareua vn coloſſo: era l'aſpetto horribile, di barba ruſa, di pelo creſpo, di fronte larga, di naſo chiatto, di ciglio

inar-

inarcato, di mento biforcato, con guancie graſſe, caluo di teſta, longo di collo, curuo di ſpalle, con gl'homeri larghi non à modo di Platone, ma d'Atlante, che pareua atto à ſoſtener il Mondo, con piedi così ſi poſaua in terra, come ſopra due baſi, ò colonne: con queſto moſtaccio ridicolo mi trattenni dalle xx. hore, ſino à notte controuertendo; & à pena potei diſtoglierlo da vna pazzia: imperoche voleua attaccar lite, e lite poco meno della teſta, perche vn Cane haueua mozzicato vn ſuo Aſino, e voleua il padrone del Cane gli rifaceſſe il danno, in verò capo ſuentato, che bella lite! hò voluto queſto ſcriuerui, perche hauendo poco, che fare, credo volentieri riderete: mà hò burlato, dirò da douero ſe occorrerà coſa, che appartenga ò à voi, ò à me: manteneteui ſano, e gagliardo. Roma 23. Decembre 1654.

Epiſtola Iocoſa.

MEherclè non habebam quid ſcriberem, niſi te à me mirabilitèr amari: verum de hoc, nihil ſcribente me, te non dubitare certò ſcio: res nouæ nullæ ſanè Romę acciderunt; ſed tamen interdum ſcribo, ne fortaſſe me arguas, quod ſcribere oblitus ſim, aut quod malim litium, quam beneuolentiæ iura, ſe-

qui, aut lautus ita factus, qui grauer ad hominem amiciſsimum, ac propè domeſticum litteras dare, cum rerum incidit oportunitas: nam & ſi pedibus ſępè laboro iacens, non tamen bruma manus afficit, quin ex lecto calamum arripiam: immo ita me litteris inuoluo, vt ſcribam ſemper, ſemper legam, & vix oculis ſomnum, & cibum videam meis. Sæpè ad me veniunt aliqui, qui me Doctorem putant, conſultum de rebus, quæ mihi caput obtundunt, & aures verborum inanitate implent. Venit quidam homo agreſtis ad nos ſuperioribus diebus: cuius imago cum iterum occurrit in mentem, tenere riſum vix poſſum: ſtatura erat procera, ita obeſo, ſaginatoque corpore, vt coloſſum non quidem marmoreum, ſed carneum putares: horrebat toto aſpectu, rufa barba, criſpa coma, fronte lata, deiectis naribus, arcuato ſupercilio, bipartito mento, turgentibus præ adipe genis, caluitio quaſi fumigante, collo oblongo, & eminenti, dorſo curuo, latis, & craſſis humeris non Platonis in morem, ſed Atlantis, qui Orbem ſuſtinere aptus videretur, propenſo ſexquipede ita hærebat ſolo, vt cruribus quaſi duabus columnis firmatus coloſſus videretur. Cum hoc homine tam ridiculo ab hora vigeſima ad noctem vſque non leuem controuerſiam duxi: vix obnixus vt à ſtultitia diſcederet; volebat

enim

enim litem incipere, & litem quaſi capitis inferre: quoniam canis aſinum ſuum momorderat: vt ſcilicet id ſibi præſtaretur ab eo, cuius canis fuiſſet: ridiculum ſanè, ac ſtultum caput, qui litem non fugeret, ſed inanem quęreret. Hæc volui ad te ſcribere, quia cum ſis tranquillo animo, & curis maiuſculis vacuus, te libenter riſurum eſſe credo: ſed hæc iocatus ſum, ſeriò tecum agam, ſi quid erit quod noſtra intereſſe cognouero. Cura vt valeas, etiam atque etiam. Romæ x. Kal. Ianuarias. 1654.

Lettera di Lode.

I Voſtri verſi con gl'anagrammi artificioſi, che in ſegno di amoreuolezza mi hauete inuiati, mi hanno apportato mirabil piacere: hò inuero ritrouato in eſſi molte coſe da lodare, la ſuauità, & eleganza mirabile, l'acconcio merauiglioſo della conteſtura, l'artificio ingegnoſo, e miracoloſo, degno inuero d'huomo aſſai ſtudioſo, e litterato, à cui pare, che aſſiſta il Nume dell'iſteſſo Apollo: tutto ciò, che iui ſi legge è puro, e ben limato, il metro numeroſo, la ſuppellettile delle coſe ricca, la ſentenza à propoſito, e non ſtiracchiata, il tutto degno d'ammiratione, e di lode: imperoche da quei componimenti ſcaturiſce ciò, che can-

tò Pindaro, latte, e miele, già che con voi le Veneri, le Gratie, i Giuochi e gl' Amori gratioſe comitiue ſcherzano, e ſi traſtullano: onde mentre tanto vi fauoriſcono le Muſe e con volto sì lieto vi riceuono, perche io non v'amarò, e non ſtimarò, come io deuo, aſſai l'eccellenza de' voſtri verſi, e quegli non approuerò (ſia detto ſenza adulatione) ſopra i componimenti di tutti, che viuano a' noſtri dì? Certo che non ſi potè fare in queſto genere coſa più elegante, nè più bella, hauete tocco il ſegno; ſeguite inanzi il camino, che vi conduce à ſomma lode, e voi ſteſſo col voſtro ingegno eccellente, ſtimolateui, e procurate goderui nel preſente la gloria, e laſciare a' poſteri le memorie de' voſtri ſcritti. Io inuero per queſta voſtra lode così mi ſono affettionato à voi, che ſe bene inanzi v'amauo per la noſtra amicitia, e per le voſtre corteſe maniere; hora però immortalmente godo per coteſta eccellenza d'ingegno, e vorrei che voi viueſte gl'anni di Neſtore, acciòche poteſti raccogliere copioſa meſſe di lode. Manteneteui ſano. Roma 29. Decembre 1654.

Epiſtola Laudatiua.

CArmina tua cum artificioſis anagrammatis, quæ ad me amantiſſime ſcripta miſiſti, valde delectauerũt. Multa ſane in eis inueni, quæ non mediocriter laudarem, mirificam ſermonis ſuauitatem, elegantiamque, miram ſtructuræ concinnitatem, artificium quippè ingenioſum, & admirabile, dignumq; viro ſtudioſo, ac litteratiſsimo, cui ipſius Apollinis adfuiſſe Numen videatur; enimuerò nihil ibi non legitur purum, limatum, grandes numeri, præclara vocum ſuppellex, appoſitæ, neque diſtortæ ſententiæ, omnia digna admiratione & laude: nam indè manat, quod cecinit Pyndarus, lac, & mel: ſiquidem Veneres, Gratiæ, Ioci, & Amores, lepidiſſima choræa tecum colludunt, & comitantur, quando autem tantoperè tibi fauent Muſæ, vt læto ab illis vultu ſuſcipiaris, ecquid ego non te amem, non te diligam, tuorumque carminum præſtantiam faciam, vt debeo, plurimi, & horum maximè hominum, qui ætate noſtra vixerint, mihi quidem probentur? (abſit verbo adulatio) præſtari elegantius in eo genere nihil potuit, venuſtius nihil; omne enim punctum tuliſti. Perge igitur in hoc curſu ad ſummam laudem, & tu te ipſe ingenio præſtanti

ſtanti tuo incitare ne deſinas: cures, deſque operam, vt gloria cum præſens ipſe fruaris, tu aliquod æternum poſteris monumentum relinquas: ego verò ob iſtam tuam laudem ſic incenſus ſum, vt nihil ſit in amore ardentiùs: amabā te antea ob ſingularem neceſſitudinem noſtram, ob optimos, ſuauiſsimoſque mores tuos;nunc verò ob iſtam egregij ingenij præſtantiam immortaliter gaudeo, ac velim te Neſtoreos videre annos, vt copioſam ſegetem tuis laudibus cumulare poſſis. Vale iterum, ac ſæpiùs. Romæ IV. Kalendas Iannarias M. DC. LIV.

Lettera Officioſa.

SE bene quanto ſia il mio verſo di voi affetto, per la noſtra antica amicitia ben lo ſapete, e non vi è naſcoſto,che mai mi manca la volontà di compiacerui, e ſeruirui; con tutto ciò ſtimo bene frequentemente con lettere teſtificaruelo, & vna, e più volte offerirui, e promettermi queſt'iſteſſo affetto, e volere in ogni ſorte d'impiego, che alla voſtra dignità, & vtilità aſpetti; acciòche per auuentura non poſſa mai parere interrotto, per qualche varietà, ò de'tempi, ò di luoghi. Dunque habbiate di me queſt' opinione, e voglio, che da douero ve lo perſuadiate.

te, che voi ſete appreſſo di me in quel ſegno, che io vi porto nel cuore, à cui mai poſſo mancare, e per cagion del quale non v'è coſa, che io non ſij per fare volentieri, e ſe verrà l'occaſione, che nelle voſtre occorrenze vogliate eſperimentare la memoria di queſta mia volontà, e la fede dell'amicitia, farò sì, che mi conoſciate voſtro amicíſsimo non in parole, mà in effetti; e ſe bene hauete molti, che vi amano, io in queſto porto il primato, e non comporto eſſer inferiore: onde non v'è coſa tanto pronta, & apparecchiata, quanto che al voſtro volere ogni mia opera diligenza, & induſtria: e ſe in queſto meco alcuni garreggiarãno, à voſtro giuditio l'auanzarò tutti: bramo eſſer huomo grato, e da bene, che non mi ſcordo degl'amici, ne per tratto di tempo, ne di luogo, e ſe bene non ſi poſſano da me reſtituire a'meriti voſtri le douute gratie: con tutto ciò confido, che voi confeſſarete alla proua eſſer io huomo più di fatti, che di parole: in tanto mãteneteui, & amatemi. State ſano. Di Roma li 30. Decembre 1654.

Epiſtola Officioſa.

TAmetſi quantum meum in te ſtudium ſit propter veterem noſtrã amicitiam probè intelligis, exploratumq;

tumque habes, nunquam mihi deeſſe tui voluntatem, aut colendi, aut ornandi: tamen operę pretium duco id frequenter me oportere per literas teſtificari, tibique abſenti iterum; atque ſæpius deferre, profiteri, ac polliceri hoc ipſum ſtudium in omni genere officij, quod ad honorem tuum, & vtilitatem ſpectet, ne aliqua fortaſſe temporum, aut locorum varietate interrumpi poſſe videatur. De me igitur ſic exiſtimes, ac tibi perſuaſum vehementèr velim, te apud me eò loci eſſe, vt feram ſemper in oculis, cui nec vnquam deeſſe opera mea poſſum, cuius etiam cauſa nihil eſt, quod ego non ſim facturus libentiſſimè. Si quando tempus inciderit, vt in rebus tuis experiri memoriam voluntatis meæ, & amicitiæ fidem velis; efficiam profectò; vt me tibi amiciſſimum non verbo tenus, ſed re magis eſſe cognoſcas, & quamquam habeas plurimos, qui te diligunt, ego tamen primas in amore appeto, ſecundis non libentèr acquieſco: qua propter nihil eſt tam promptum, aut tam paratum, quod ad voluntatem tuam pręſtari omnem operam, curam, diligentiam, induſtriam meam; qua in re & ſi multi mecum contendant, tamen tuo iudicio omnes facilè ſuperabo: cupio enim is eſſe vir, vt gratus, hoc eſt bonus, habear, qui obliuiſci amicorum neſcio, aut vllo temporum, aut locorum interuallo: nam etiam

etiam ſi referri à me pro meritis tuis gratiæ nullæ poſſunt: ita tamen habebuntur: vt confidam fore, vt tu me magis re, quam verbo amicum fatearis. Interea vale, meque dilige. Romæ III. Kal. Iannarias M. DC. LIV.

Lettera Dedicatoria.

QVal ſia ſtata ſempre l'oſſeruanza mia verſo la voſtra perſona (Illuſtriſsimo Signore) e quale l'affetto verſo la voſtra virtù fin da quel tempo, che può la mia mente ricordarſi i ſingolari beneficij riceuuti: ben che à voi non ſij oſcuro, che ſpeſſe fiate in queſto hauete conoſciuto l'animo, & il deſiderio mio: con tuttociò haueuo determinato qualunque volta mi ſi daſſe facoltà di dichiarar queſto affetto, & oſſeruanza, già mai tralaſciarla, che io non paleſaſſi à tutti queſta dell'animo mio verſo voi inclinatione: imperòche vi ſtimai degniſſimo dell' immortalità maggiormente per la virtù, della quale non vi è coſa più bella, ne più amabile: perciò mi è ſempre parſo, che voi ſiate nato dall'illuſtre, & honorata famiglia, in cui in ogni tempo riſplendè il vero honore: acciòche tutti, che vi haueſſero conoſciuto s'accendeſſero alla voſtra beneuolenza, e predicaſſero i chiari ornamenti dell'animo voſtro, per

la

la qual coſa vedendo io hora eſſermi ſtata conceſſa alcuna facoltà di teſtificarui queſto mio volere, immortalmente godo, & hò voluto dedicare al voſtro nome queſto Libricciuolo, il quale intorno al modo di ſcriuer lettere hò dettato in preſcia queſt'anno a'miei ſcolari. Che penſo, ſe bene è picciol preſente per l'argomento, vi ſia per eſſer grato, eſſendo manifeſto eſſer in sommo honore, e prezzo le buoni arti, e diſcipline: mà molto più, acciòche gl'huomini intendino quanto per voſtra cagione io vogli, mentre ardiſco offerir coſe minime, mancando la facoltà per coſe maggiori; però comporto volentieri, che queſto picciol volume con qualunque ſi ſia ſtile, ò voci parli appreſſo tutti, qual ſtima io habbi fatto della voſtra virtù, il quale poteuate aſpettare da me tutti gl'officij, & oſſequij, che io deuo a'voſtri chiari meriti. DIO vi conſerui, lume, & ornamento della noſtra età. Di Roma li 2. Gennaro 1655.

Epiſtola Dedicatoria.

QVæ mea ſemper in te (Vir præclariſſime) obſeruantia, quiuè meus in tuam virtutem amor fuerit, ex quo tempore mens mea repetere potuit ſingularia beneficia in me tua;

tuā: quamuis non te præterire poſſit, qui ſæpè in hac re noſti animum, ac deſiderium meum: tamen ſi vnquam facultas daretur declarandi amoris huius, & obſeruantiæ, illam numquam omittere decreueram; quin cunctis hanc animi in te mei propenſionem patefacerem: putaui enim te ob virtutem magis (qua nihil eſt formoſiùs, nihil eſt pulchriùs, nihil amabilius) immortalitate digniſſimum. Nam ideo ex ampla, illuſtri, & plena dignitatis familia, in qua verus honor omni tempore emituit, in hanc lucem natus eſſe mihi viſus es; vt omnes, qui te noſſent, in tui beneuolentiam incenderentur, & præclara animi ornamenta prædicarent. Qua propter facultatem cum hoc tempore mihi aliquam datam eſſe videam teſtificandæ huius voluntatis in te meæ, immortaliter gaudeo: volui enim libellum, quem de ratione ſcribendarum litterarum hoc anno Auditoribus raptim dictaui, nomini tuo nuncupare, quod putem hoc munus, quamuis argumento exiguum, tibi gratum forè: apud quem omnes præclaras artes, ac diſciplinas, in ſummo honore, ac pretio eſſe conſtat. Sed multo magis, vt indè homines intelligant, quantum ego tua cauſa velim, qui minima audeo deferre: cum maiora præſtādi facultas deſit: ideò facilè patior, vt exiguum hoc volumen quoquo ſtylo, qua qua voce apud omnes gentes loquatur

quatur, quid de tua virtute ſenſerim, quid ſemper iudicauerim, qui omnia officia, ſtudiaque à me omnia expectare ob præclara merita tua poteras. Vale lumen noſtræ ætatis, & ornamentum. Romæ IV, Nonas Ianuarias M. DC. LV.

Lettera Hortatoria.

O Caro mio Ceſare io non tralaſcio offitio alcuno (perche tutti vi li deuo) con che io vi dij la mano allo ſtudio d'vna ſomma lode: mentre, à gran paſsi caminate infiammato à quella per voſtra natura. Non hauete voi punto biſogno d'eſortatione, ſapendo io certo, che per voſtra volontà à baſtanza ſete meſſo: mà cõ tutto ciò l'affetto mio verſo voi non comporta, che io hora ne meno tralaſci queſt'offitio, e che vi eſorti, & auuiſi che con tutto l'animo, & con tutto il cuore attendiate à quei ſtudij delle lettere, de'quali hauendo uoi cominciato il corſo, i medemi ui ponno portare alla cima di grandiſsima lode: imperoche non ui è coſa, che à uoi poſſa eſſere di maggior gloria, e ſe cercate l'utile, anco di maggior frutto, che quella dottrina, e peritia delle leggi, nel conſeguir la quale uoi ſteſſo hauete giudicato douerſi da uoi trauagliare, & affaticare, per con queſt'

arte

arte aggiunger qualche coſa al voſtro nome: della qual dottrina non v'è coſa da tutti i ſtudij delle lettere più fruttuoſa, ò glorioſa: imperoche moſtrando il *ius* l'amminiſtratione di tutte le coſe humane, nulla è, che con eſſo tra gl' huomini gl'huomini non poſſino ottenere. Seguite dunque, e ſforzateui, acciòche la grand'aſpettatione di voi, e la noſtra ſperanza ogni giorno ſempre più creſca, e da voi s'accreſca alla noſtra commune amicitia grand' ornamẽto: io inuero così ſono affettionato alle voſtre lodi, che con eſſe io mi ſtimo honorato: non dubito, che ſarete per giungere al ſommo honore di queſta facoltà, eſſendo queſto del voſtro animo, del voſtro ingegno, e di quella ſperanza, che hauete hauuta di celebrare il voſtro nome, e ciò, che hò detto non è per eccitarui maggiormente, mà per teſtificarui maggiormente il mio affetto. Viuete felice. Di Roma 4. Gennaro 1655.

Epiſtola Hortatoria.

MI Cæſar ego nulla officia præter-mitto (omnia enim tua cauſa debeo) quibus te ad ſtudium ſummæ laudis, qua inflammari te tua natura video, magnis itineribus progredientem aliquid adiuuem. Non eges tu quidem

dem hortatione: nam te tua ſponte ſa-
tis eſſe excitatum certò ſcio: ſed tamen
amor in te meus non patitur nunc à me
prætermitti ne hoc officium quidem,
vt te horter, & admoneam, vt tota
mente, omnique animi impetu in ea
litterarum ſtudia incumbas, quorum
curſus, cum inceperis, ijdem ad ſummę
laudis faſtigium deducere te poſſunt,
nihil enim eſt, quod tibi maiori gloriæ
(& ſi vtilitatem ſpectes) fructuique
eſſe poſſit, quam illa iuris doctrina, &
peritia, in qua comparanda tibi conan-
dum, & elaborandum eſſe cenſuiſti, vt
his artibus nomini tuo aliquid adijce-
res: qua etiam doctrina, nec quidquam
ex omnibus litterarum ſtudijs eſt fru-
ctuoſius, aut præſtantius: propterea
quod cum ius omnia rerum humanarũ
adminiſtrare doceat, nihil eſt, quod eo
conſequi homines inter homines non
valeant. Perge igitur, atque enitere,
vt hæc incredibilis de te expectatio, &
ſpes noſtra in dies magis erigatur, ma-
gnumque ex te accedat noſtrę commu-
ni amicitiæ ornamentum: ego vero ita
tuis laudibus ſtudeo: vt illis me quoq;
exiſtimem ornari: non dubito, quin
ad ſummum honorem huius facultatis
ſis peruenturus, cum ſit hoc animi tui,
hoc ingenij, hoc eius ſpei, quam ha-
buiſti amplificandæ dignitatis tuæ: qua-
rè quicquid attigi, non feci inflamman-
di tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei.
Vale

Vale etiam, atque etiam. Romæ Pridie Non. Ianuarias M. DC. LV.

Lettera Suaſoria.

IO sò bene, che tutti i miei officij, che ſoglio con voi paſſare, ſono à voi ſommamente grati, non eſſendoui naſcoſto, che ogni mia cura è penſare più toſto a'commodi degl'amici, che à miei. Dunque hò ſtimato conuenirmi ſcriuer à voi ciò, che penſai eſſere di voſtro non poco intereſſe, & auuiſarui per lettere il mio parere, acciòche poi poſſo lueſti col giuditio della voſtra prudenza ciò, che ſtimate douer fare per hauer riſguardo all'vtile, & honeſto voſtro, così richiede la ragione dell'amicitia, così la ſcambieuolezza della beneuolenza. Mi fù dato auuiſo, che voi ſtauate per partire quanto prima da Roma verſo la patria, per darui à riposo, già che coteſto foro Romano così vi occupa, che voi ſtimate reſtare ſotto le fatiche: io in vero prima che voi partiſte dalla Città, ſubito in fretta ſcriſſi queſte lettere, per auuiſarui, che molto bene prouedeſte alla ſalute, & honor voſtro, e che vna, e più volte penſaſte à non perdere affatto quelle fatiche in vn ſpatio d'vn meſe, le quali per tant'anni honoratamente hauete eſercitato; imperòche douete fuggire

con

con ſommo ſtudio ciò, che puole imbrattare lo ſplendore del voſtro nome: ciò particolarmente conuiene ad vn huomo chiaro per dottrina, e per uirtù. Penſano i paeſani, che perciò uoi u'aſſentiate dalla Città, perche hauete uiſto il uoſtro Collega eleuato più alto à dignità, uoi ui ſtimiate diſprezzato, e diffidiate aſcender colà, doue la uirtù uoſtra ui haueria douuto traſportare un pezzo fà. Per la qual coſa auuertite bene, che coſa da uoi ricerchi l'honor uoſtro: non comportate ſimil taccia, non gettate in un momento, ciò, che a' uoſtri è utiliſsimo: io per me ſtimo, che ui dobbiate trattenere in Città, aſpettar meglior tempo, che una uolta ſi darà luogo alla uirtù, e dottrina: ſe ciò farete, farete coſa da ſauio, prouederete alla uoſtra fama, & all'utile de'uoſtri. State ſano. Di Fraſcati li 5. Gennaro 1655.

Epiſtola Suaſoria.

Non ſum id neſcius omnia mea officia, cæteraque ſtudia, quæ tibi præſtare ſoleo, grata eſſe uehementer: cum te minimè fugiat omnem meam curam in eo ſitam eſſe, ut de amicorum potius, quam de meis rationibus quotidiè cogitem: exiſtimaui igitur me ad te oportere ſcribere, quod tua multum intereſſe

intereſſe arbitror; ac per litteras conſilium quoddam meum tibi aperire, vt prudentiæ iudicio tuæ deinde conſtituas quid tibi faciendum putes, vt rei, ac dignitatis tuæ rationem habere poſſis: ſic enim amicitiæ noſtræ neceſſitudo, ſic mutua in nos beneuolentia poſtulat. Renunciatum eſt mihi, te Roma in patriã propediè eſſe venturum, vt te in otium referas, quod iam te Romana Curia ita detineat, vt opprimi eius laboribus plane teſentias: ego vero prius quam tu ab Vrbe diſcederes, has illicò ad te litteras curſim ſcripſi, quibus te admonerem, vt ſaluti, ac dignitati tuæ optimè conſuleres, ac etiam, atque etiam vt cogitares, ne quibus ipſe per tot annos honeſtiſſimis laboribus perfunctus es, eos vnius menſis interuallo funditùs euertas: nam quicquid ſplendorem nominis tui inquinare poteſt, ſummo ſtudio te fugere oportet, & maximè id hominem doctrina, ac virtute præclarum decet: putant ciues tui, ob id te ab Vrbe hùc aduolare, quod cum Collegam tuum videris altiùs euectum fuiſſe ad dignitatem, te deſpectum putes; ac diffidere eò aſcendere, quò virtus certe tua efferre te iam diù debuiſſet: quamobrem tu animum aduerte pro tua prudentia, quid à te tua dignitas poſtulet, neque notam huiuſmodi pati velis nomini tuo inuri, neque quod tuis vtiliſſimum eſt, totum vno momento abijce-

re. Ego ſic cenſeo magnopere tibi in Vrbe eſſe commorandum, & meliorem oportunitatem temporis expectandã; dabitur enim aliquando virtuti, & doctrinæ locus; ſi id feceris, & ego te ſapientèr feciſſe iudicabo, & tu dignitati tuæ, ac tuorum commodis conſultum volueris. Vale. Tuſculi Non. Ianuarijs M. DC. LV.

Lettera Lamentatoria.

O Mè infelice, à cui notte e giorno ſi pone auanti gl'occhij, e triſtezza, e dolore! non poſſo ſcriuere, tanta è la forza delle lagrime, che ſcancellano i caratteri: ò quanti mali ogni giorno più contro di noi congiurano! che non permettano quietare i noſtri ſoſpiri: non ſono colpiti gl'huomini da vna ſola ferita, i quali ſtanno eſpoſti à mille colpi di fortuna. Non vorrei hora ſcriuerui, per non tirare ancor voi al pianto: pure come poſſo far di meno? Grande inuero è la perdita fatta nell'amico Lentulo, il quale con la ſua virtù, fede, bontà, & ingegno, addolciua la noſtra pratica: egli è vſcito di vita pochi giorni ſono da febre maligna eſtinto, egli, che così bene opraua, e che ſecuro della fama, e dell'immortalità, moltiplicaua la ſua lode; ò morte funeſta, & acerba! già n'è ſtata tolta quel-

la

la gioialità, e contentezza, che dalla pratica di quello tutti haueuamo: morte affatto iniqua, che non perdoni nè all'ingegno, ne alla virtù d'alcuno! non poteua à me auuenire coſa più lagrimeuole, che la morte di quell'huomo, con il quale così praticauo, che mi ſtimauo beato con i ſuoi raggionamenti, egli era ſempre tutto nelle lettere, & attendeua ad ogni lode di buona eruditione: eſſendo egli viuo, ardiſco dire, viueuano con noi le lettere: mà toltoci, così ci ſi tolgano gl' iſteſſi ſtudij, che à mè nõ è lecito andar più alle Muſe, e cõ eſſe qualche poco ricrearmi: ò infelice accidente, che grauemente m'affligge! La ſopportarei con più patienza, ſe voi non foſte amico lontano, perche il voſtro ſauio diſcorſo & affetto mi ſolleuarebbe aſſai: laſcio ſcriuer più; perche il dolore mi hà tolto di ſeſto, e benche non mi ſcordo eſſer huomo, e douer ſoggiacere alla fortuna: con tutto ciò non poſſo eſſere à baſtanza in mè, e ſcriuere più coſe, che vorrei: ſtate dunque ſano, e ritornate preſto, acciòche mi ſollieui affatto con la voſtra dolciſſima conuerſatione. Di Roma li 21. Gennaro 1655.

Epiſtola Lamentatoria.

ME miſerum! cui ob oculos dies, noctéſque verſatur ſquallor, & mœror: non queo ſcribere, tanta vis lacrymarum eſt, quæ ipſas litteras delent. O quanta in nos quotidiè coniurant mala, quæ non ſinunt noſtra ſuſpiria elangueſcere, nec vno vulnere homines ſauciantur, qui ſexcentis fortunæ telis ſuccumbunt! Nollem nunc ad te ſcribere, ne te in eundem fletum adducerem: tamen qui alitèr faciam? grandem profectò iacturam fecimus in amico Lentulo, qui ſua virtute, fide, probitate, & ingenio ſolabatur noſtrã vitæ conſuetudinem: proximis ante diebus exceſſit ille è vita peſtifera febri enectus, qui tàm egregiè obibat præclaræ vitæ munera, vt ſecurus famæ, certus immortalitatis, multiplicem laudem conſequeretur: ò triſte planè, atque acerbum funus! illa hilaritas, atque ſuauitas nobis omnis erepta eſt, quam ab vſu, & familiaritate illius capiebamus. Fatum ſanè iniquum, quod nullius ingenio, nulliuſque virtuti parcere voluiſti! Non poterat mihi quicquam accidere luctuoſius, quam illius hominis interitus, qui cum ita verſabar, vt beari me illius colloquijs ſæpiſſimè putarem; totus enim ſemper erat in

litte-

litteris, atque in omnem eruditionis laudem rectis ſtudijs incumbebat, eo ſuperſtite, litteræ nobiſcum (auſim dicere) viuebant, vigebantque: eo erepto, & ipſa ſtudia excuti à nobis videntur ita, vt nec Muſas liceat mihi ampliùs adire, cumque ipſis aliquid oblectari. Caſus per quam ſanè acerbus, quò ſum ipſe grauiſſimè afflictus, quem ferrem paulò moderatiùs, ſi tu non longe abeſſes: nam oratio tua prudens, & amor multum leuaret: parco tamen plura ſcribere, quia mihi mentem omnem excuſſit dolor: & quamquam hominem me eſſe non ſum oblitus, neque fortunæ ſuccumbendum putem: tamen nondum ſatis confirmari poſſum, vt ſcribã ea, quæ uelim. Vale igitur, & celeriter ad nos redi, ut tua ſuauiſſima conſuetudine planè ſubleuemur. Romæ III. Idus Ianuarias M. DC. LV.

Lettera d'Ammonitione.

LA proprietà dell'affetto di coloro, che amano da douero, è, che non poſſano in alcun modo comportare, che patiſchi detrimento colui, che amano. Sin da bambino eccitò nell'animo mio molt'affettione la buona indole del uoſtro ingegno, e ſempre ſtimai, che uoi haureſte ſomma lode conſeguita dalle lettere, alle quali haueſte

ueſte atteſo con diligenza. Ma poi odo hora di uoi ciò, che grauemente m'affligge, e non poco offende il uoſtro honore; e ſe bene à pena mi poſſo indurre à crederlo, con tutto ciò, perche la fama non ſuol naſcere ſenza fondamento, hò ſtimato eſſer debito mio auuiſarui, che non abbandoniate quella diſciplina la quale ſarà à uoi copioſa raccolta di lode; & al cui ſtudio la uoſtra giouenile età ſi deue grandemente infiammare, aſtenendoſi da quei piaceri, che ſogliano in mille uitij precipitare il giouine. Guardate bene quel, che fate, ò cariſsimo Ludouico, è noto à uoi quel detto uolgato, il piacere eſſer peſte degl'animi, e con eſſo prenderſi gl'huomini, come con hamo i peſci; ſe ui ſuiate altroue, e deſuiate dall'incominciato corſo delle lettere, penſate pure, che ſarete la fauola di tutti, i quali ui chiamaranno incoſtante, e leggiero, che non uogliate imitare i fatti, e coſtumi de' uoſtri maggiori; è giouinetto di poco giuditio, chi poco cura la uirtù maſſiccia, e uà dietro al piacer uano: hora ne'teneri anni, e ne' primi quaſi giorni u'è ſperanza: ſe l'uſo s'inuecchia è ſpedito il negotio: dunque ritornate in noi, & attendete con ogni ſtudio à quel, che ui porta à ſomma lode; ui ſcriuo queſto, per l'amor che ui porto, e perche non comporto ſentir parlar di uoi malamente: prendetelo in bene, e moſtrateui

ſtrateui ſauio, che habbiate cura alla uoſtra reputatione, del che ue ne prego una, e più uolte, e DIO ui conſerui. Roma li 12. Gennaro 1655.

Epiſtola Monitoria.

EA eſt eorum, qui ex animo diligũt, amoris conditio, ut pati nullo modo queant eum, quem amant, iacturam facere ullius rei: à teneris, ut aiunt, unguiculis animo meo ſummum in te ſtudium concitauit indoles ingenij tui, ſemperque putaui forè, ut ipſe ſummã gloriam ex litteris caperes, quas coluiſſes diligentiſsimè; ſed verò nunc audio de te, quod animum meum grauiſſimè ferit, & honori tuo officit non mediocritèr, & quamquam vix adduci poſſum, vt id de te planè credam: tamen quia rumor naſci omnino inanitèr non ſolet, exiſtimaui mihi faciendum, vt te etiam atque etiam admonerem, ne (quæ tibi laudis copioſa ſeges erit) eam diſciplinam abijcias, cuius ætas tuo ſtudio inflammari debet maximè, atque ab his voluptatibus auuocari, quæ in ſexcenta vitia adoleſcentem agere conſueuerunt. Vide ſis, quam rem agas, Ludouice cariſsime; non tu ignoras peruulgatum illud, peſtem animorum eſſe voluptatē, eaque homines eſca captari, ſicut hamo piſces: ſi pergas aliò declinare, atque

ab incepto curſu litterarum deflectere; puta te omnibus fabulam fieri, qui te inconſtantis animi, ac leuis appellabũt, qui mores, & facta maiorum tuorum nolis æmulari. Minus habet mentis Adoleſcens, qui ſolidam virtutem negligens, voluptatem inanem ſectatur. Nũc ſpes eſt in teneris annis, & in primis quaſi diebus; ſi conſuetudo inueterauerit, actum eſt. itaque redi, per DEVM immortalem, ad mentem, & incumbe omni ſtudio in eam curam, & cogitationem, quę te in omni vita ad ſummam laudem ducat: hæc ſcribo ad te amore tui meo impulſus, qui ægrè fero de te loqui quicquam non laudabilitèr: tu æqui, bonique conſulito hoc amantis hominis officium, & fac vt te ſapientem virum præſtes, qui rationem habeas dignitatis tuæ, quod te etiam atque etiam rogo. Vale. Romæ. Pridie Idus Ianuarias M. DC. LV.

Lettera di Riprenſione, ò Accuſa.

OLà huomo da bene? guardate vn pò quel, che voi fate; ſcriuerò chiaro conforme vuol la mia natura, e noſtra vſanza, ſarete da mè accuſato con titolo d'ingiuria come huomo Cartagineſe, mancator di parola, che mi habbiate gabbato, che vi ſiate ſcordato del-

dell'amicitia, e della promeſſa, è già vn pezzo non mi habbiate ſcritto,ne ſalutato: hor sì, che io credo non eſſer alieno dal vero il commun detto,*lontan da gl'occhi, lontan dal cuore; ne trouarſi amico aſſente*; qual cagion v'è ſtata,che voi habbiate mancato al debito voſtro? certo, che era coſa giuſta, & honeſta, che io intendeſsi da voi, con che viaggio ſiate giunto in patria, e qual ſia iui lo ſtato voſtro, perche queſto ſarebbe teſtimonio della voſtra verſo di mè beneuolenza, e così m'haueuate detto di fare, ne ſolo non l'hauete fatto, ma da quel tempo d'vn meſe,che ſete partito, par che noi appreſſo di voi ſiamo in poca ſtima, mentre ne per lettere mai ci hauete ſalutato, ne per alcuni, che di coſtà giornalmente vengano ci haue te ne pure ſignificato che fate: ſi che mi pare che dobbiate acramente eſſer ripreſo: mentre l'abbondanza di coteſto luogo v'hà potuto far contro di noi ſuperbo, e non più toſto corteſe, che coloro, che non ſanno di che animo ſete verſo di me,ſtimano,che non vogliate eſſer mio amico. Io però voglio ogni altra coſa ſoſpettare, che voi vi ſiate ſcordato dell'amico, e diſprezzato la parola; auuertite dunque per l'auuenire,che io non poſſa giuſtamente riprenderui di mancamento di debito,perche à mè diſpiacerà, & à voi ſarà di vergogna; mi farete coſa grata, ſe de' fatti

voſtri ſpeſſo m'auuiſarete, chi ama, e brama, e teme. E DIO ui conſerui. Roma li 13. Gennaro 1655.

Epiſtola Reprehenſiua.

HEùs tu bone uir? uide ſis quam rem agas: ſcribam apertè, ſicut mea natura, & noſtra conſuetudo poſtulat. Pænum hominem, fidifragum titulo iniuriarum appellaberis, qui fidẽ fefelleris, qui oblitus amicitiæ, ac promiſsionis, nullas ad me iam diù dederis litteras, neque mihi ſalutem dixeris. Sic equidem puto non alienum à ueritate illud promulgatum: *procul ab oculis procul ab animo: nec abſens amicus*; quid cauſæ fuit, ut officio non ſis functus tuo? Par enim, & æquum fuerat me cognoſcere abs te, qua nauigatione uſus in patriam ueneris, quiuè ibi ſit rerum tuarum ſtatus: nam hoc eſſet tuæ erga me beneuolentiæ teſtimonium: quod mihi dixiſti te facturum, id non modo non feciſti, ſed ex eo tempore triginta dierum, quo diſceſſiſti, nos ſordere tibi iam uidemur, quos neque uoluiſti non modo per litteras tuas ſalutatos, ſed neq; per certos homines, qui iſthinc ad nos quotidiè confluunt, docere quid agas: unde mihi uideris eſſe acriter arguendus, quem ſic ſuperbum loci iſtius opulentia aduerſum nos reddere potuit

&

& non potius humanum, & comitem; ut ij, qui quo animo in me ſis ignorant, te iam alienum hominem, & fugientem amicitiam meam arbitrentur. Ego tamen quiduis malim ſuſpicari, quod abs te abſentis amici memoriam depoſitã, neglectamque fidem fuiſſe: caue igitur impoſterum, ne committas, ut meritò prætermiſſi aliqua in re officij à me argui tu poſsis: nam ea res, & mihi ſummo mærori, tibi uerò dedecori, ac probro futura erit, qui tanti amicos facias, ut ipſos abſentes negligere, non diligere uidearis. Valde mihi rem gratam, mediùs fidiùs, feceris, ſi frequentèr indicabis de rebus tuis: nam qui amant, omnia cupiunt, omnia timent. Vale. Romæ Idibus Iannarijs 1655.

Lettera di Scuſa.

Ditemi di gratia, che ui uenne in fantaſia, quando mi riprendeuate per non hauerui io ſcritto, che non ſolo mi taſſauate di negligente, ma di ſuperbo, che poſſi, e uogli mancare a' deſiderij degl'amici; l'eſſer così da uoi accuſato l'hò à diſguſto, ma che richiediate mie lettere l'hò à caro: imperoche là prima coſa è propria di chi fluttua nell'amare, l'altra di chi troppo è ardente: mà però uoi ſolo forſe non ſapete le mie continue occupationi, in

quali faccende ſij occupato, quanti negotij m'aſſediano, con quante cariche ſij oppreſſo, quanti affari, e domeſtici, e publici mi conuengano dì, e notte maneggiare, che inuero non hò punto di tempo aſſente dalle fatiche, forſe che uoi non conoſcete bene la mia uſãza, e natura, che non comporto differire gl'officij agl'amici, quando conoſco eſſer di loro intereſſe: mà quando u'è occupatione, ne uoglio, ne ſoglio ſcriuer lettere, uolendo più toſto non ſcriuere, che ſcriuer frappole: ui prego dunque che nõ mi accuſiate in quello, che non hò colpa: in quel, che poi dite deſiderar mie lettere, amo, & aggradiſco il uoſtro feruoroſo affetto: mà credete certo, che, ſe ben io non ſcriuo, non poſſo mai ſcordarmi di voi, ed in vero non deſiderarete nell'amarui che fò, offitio maggiore, e sò, che approuarete in queſto genere ogni mio ſtudio: vogliatemi ſempre, come fate, bene, e ſtate ſano. Roma li 15. Gennaro 1655.

Epiſtola Excuſatoria.

QVid tibi, obſecro, in mentem venit, cum me arguebas de neglecto officio ſcribendarum ad te litterarum: vt me non ſolùm negligentiæ, ſed etiam ſuperbiæ appellares,

res, qui amicorum votis deeſſe poſſim, ac velim? per mihi moleſtum eſt me abs te ita accuſari, ſed periucundum magis officium litterarum requiri: alterum enim eſt in amore fluctuantis: alterum nimium æſtuantis. At verò tu ſolus fortaſſe ignoras frequentes occupationes meas? quibus diſtinear curis? quam multa me negocia circumſepiat? quantis rerum molibus premar? quam aſſiduus dies, noctesque cum priuatis, tum publicis in rebus verſer, vt planè mihi, ne punctum quidem vllum temporis vacuum à laboribus concedatur? num probè tenes vel conſuetudinem, vel naturam meam, quæ non patitur officium diferre amicorum, ſi quid eorum intereſſe cognoſcimus? at cum impedit occupatio, litteras ſcribere neque ſolemus, neque volumus: malumus enim nullas, quam inanes dare. Peto igitur abs te etiam atque etiam ne me incuſes, in quo præſertim culpa vaco: in eo autem, in quo deſiderare te ſignificas meas litteras, amo tam dulcem, & efferuentem amorem tuum. At pro certo ſanè habeto, me nunquam obliuione tui poſſe capi, quamuis nullas ad te litteras exarem: equidem in te amando partes vt meæ deſiderentur nunquam committam: neque vereor, ne non in hoc genere ſtudium meum, ac voluntatem ſis omni tempore probaturus. Vale. Romæ XVIII. Kal. Febr. M,DC,LV.

Lettera

Lettera Commiſsiua.

STijno da bāda le cerimonie corteggiane, mentre il teſtimonio di ſincera affettione parla: così ſiamo ambedoi per leggi delle gratie debitori, e voi à me, & io à voi maggiormente obligato, che nulla v'è nella noſtra amicitia, ſe non vera, e retta. Hor ſia lodato il Cielo, alla fine ſono ſtrigato dalle faccende, che per tutto l'anno mi hanno molto affatigato, deſidero ſolleuarmi vn' poco, e perciò non poſſo più trattenermi in Città: ſi che penſo venirmene coſtà nel Tuſculano, acciòche la buon'aria, e l'amenità del luogo ſminuiſchino la moleſtia de' paſſati trauagli: me ne verrò dunque à voi quanto prima, per trattenermi almeno il ſpatio d'vn meſe: hor fate, che ſijno coſtì apparecchiate le coſe all'vſo mio, nel che vi richiedo, che diate mano al mio ſeruitore, che mando inanzi, anzi prouedetelo, e ſomminiſtrategli tutto ciò, che ſarà d'vopo: acciòche venendo io, non vi ſia, che deſiderare dalla ſua diligenza: per auuentura meco ſaranno molti, i quali vogliano sfuggire l'aria Romana per queſto Autunno, e coſtì per tutto queſto tempo villeggiare. Voglio poi e (ſe così volete) vi commando, che tutta la ſpeſa ſi faccia

a mio

à mio denaro: perche à baſtanza mi ſodisfate, ſe poſſiamo godere l'habitatione aſſai commoda. DIO vi conſerui. Roma li 19. Agoſto 1655.

Epiſtola Commiſsiua.

FAceſſant procul blanda, & aulica verba, vbi ſynceræ obloquitur beneuolentiæ teſtimonium: ita ambo iure gratiarum in ære ſumus, tu in meo, ego magis etiam in tuo: vt nihil non ſit in noſtra neceſſitudine omnino certum, nihil non verum. Eſto ſuperis gratiæ: vacuus tandem ſum à curis, quæ me per totum annum acritèr attriuerũt: remittere animum cupio, atque ob id hærere diutius in Vrbe non poſſum. Itaque propediem iſthùc in Tuſculanũ cogito, cuius Cœli ſalubritas, locorumque gratia præteritorum laborum moleſtiam vel planè minuant, vel omnino detergant: proficiſcar igitur ad te quã primum, vt iſthìc ſaltem triginta dierum interuallo commorer: tu fac, vt omnia ſint parata, quæ ad victum, & valetudinem neceſſaria erunt: qua iure peto abs te, vt famulo, quem præmitto, des, atque accomodes, immo prouideas, atque adminiſtres, quicquid nobis vſus fuerit, vt cum venero, nihil ſit amplius, quod deſiderari ab eius diligentia poſſit. Plures fortaſſe nobiſcum

erunt,

erunt, qui Romanum Cœlum aufugere per totum autumnum volũt,& iſthic eo tempore ruſticari.. Volo autem, & tibi, ſi vis,mando, vt ſumptum omnem pecunia mea fieri liceat: ſatis enim fieri nobis abs te videtur, ſi domicilio ſatis commodo perfruamur. Vale, XIV. Kal. Sext. M. DC. LV. Romæ.

Lettera Miſta.

E Già vn pezzo, che io non vi hò ſcritto, il che è auuenuto per eſſer io ſtato impedito da molte occupationi, che in verità à pena ero in mè; per tanto mi douete ſcuſare,ſe vi è parſo, che io ſia ſtato tardo, e negligente in queſto debito di ſcriuere. Di voi poi quattro giorni ſono mi è ſtato riferito, che per molti giorni hauete hauuto la febre terzana, dalla quale per gratia di DIO già vi ſiate rihauto: certo, che, come era douere, grandemente m'afflisſi della voſtra infermità, che à mè è cara, come la mia, mà perche ſiate preſtiſſimo riguarito, e ripreſe le forze, ſommamente me ne rallegro, e da douero me ne congratulo, e v'eſorto,che poniate ogni cura, acciòche godiate perfetta ſanità, e vero contento. Voglio, che crediate, che tutti i voſtri intereſsi, e quel, che appartiene alla voſtra ſalute m'è à cura, & à cuore,

per-

perche bramo, che così proſeguiate il corſo incominciato de'ſtudij, che arriuiate al ſommo della lode, e s'accreſca honore alla voſtra famiglia. Tarquinio, che vi renderà queſte lettere, è amico mio, e familiare, la virtù, & ingegno eccellente del quale hò ſtimato, e ſtimo non poco; ve lo raccomando (come ſi dice) di buono inchioſtro, egli è biſognoſo del patrocinio del voſtro Auo, huomo chiaro, e famoſo giuriſta, acciòche egli in coteſto tribunal di Milano poſſa finalmente per mezzo di lui ottenere quel che da molti anni gli prometteua l'equità della giuſtitia, e della ſua cauſa. Io mi raccomando tutto à voi, e vi abbraccio di cuore. Roma li 21. Gennaro 1655.

Epiſtola Mixta.

LOngum interuallum eſt, cum litteras ad te dedi nullas, quod accidit, quia multis occupationibus impeditus, ſic mehercle, vix vt eſſem apud me: excuſandus igitur tibi ſum, ſi fortaſſe in hoc officio litterarum viſus ſim tardus, ac negligens. De te vero nudius quartus ſignificatum eſt, tertiana febri multos dies laborauiſſe, ex qua nunc DEI beneficio conualuiſſe: ſanè, vt debuit, pupugit me vehementèr incommodum valetudinis tuæ, quę mihi

curæ eſt æquè,atque ipſa mea: ſed quoniam quam celeriter emerſiſti, teque confirmaſti, ſummoperè lætor, tibique verè, atque magnoperè gratulor; quin etiam te hortor, vt omnem curam adhibeas,vt integra valetudine,ſolidaque voluptate fruaris: volo enim tibi perſuadeas, res tuas, eaque omnia, quæ ad ſalutem tuam pertinent,curę,& cordi mihi ſemper fore: nam cupio te ita in eo, quem inſtitueras ſtudiorum,curſu progredi, vt ad ſummam laudem deduci poſſis, magnumque ex te accedat generi tuo ornamentum. Is, qui ad te haſce litteras eſt redditurus, Tarquinius eſt amicus meus, & quidem maximè intimus, cuius quidem virtutem,& ingenium excellens feci ſemper facioque ſanè maximi; cum tibi de meliori (vt inquiunt) nota commendo: nam auunculi tui clariſſimi viri, & iuris conſultiſſimi patrocinio magnoperè indiget: vt per eum in iſto Mediolanenſi foro conſequi tandem poſſit, quod illi multis abhinc annis iuris æquitas, & cauſæ ipſius promittebat. Totum me ipſum tibi, & tuæ fidei, ac beneuolentiæ dedo, atque commendo, quem etiã ex animo complector. Vale. Romæ. XII. Kal. Februar. M.DC.LV.

Lettera

Lettera di Riſpoſta.

L'Altro dì mi furono conſegnate le voſtre lettere breue sì, mà piene d'amoreuolezza, e corteſia: tanto più mi furono grate, che ſcritte erano elegantemente di voſtro pugno, ed à pieno m'informauano di tutto ciò, che io haueuo bramato ſapere: queſto iſteſſo è teſtimonio della voſtra conſtante verſo di me beneuolenza, quando con ogni voſtra poſſa vi sforzate, che non manchi da voi offitio, con il quale io mi conſoli, perciò tanto vi deuo di ringratiamento, quanto comporta la vera amicitia, che vuole più col l'animo, che con parole ſi ſtringa la memoria degl'oblighi, il che non permetterò mai habbiate da me à deſiderare. Il medemo giorno, che riceuei le lettere, procurai ſalutare à voſtro nome quelli, che voleuate: eſſi tutti vi ringratiano, e vi riſalutano. Quell'Epigramma poi, così terſo, & arguto, che mi hauete ſcritto, è ſtato così da tutti lodato, che per non offender la voſtra modeſtia, io ſtimo non dire altro: lo leſſero cō gran voglia, ed ammirarono del voſtro ingegno, e la chiarezza, e l'acutezza: io poi ardiſco dire, che voi amico delle Gratie, e delle Muſe habbiate la bocca inzuppata d'Ambroſia, che così inzuc-

inzuccarate la voſtra fauella : confeſſ
douerui molto, perche mi fate guſtar
i dolci frutti de'voſtri ſtudij, e mi ſt
marò fauorito in ſommo grado, ſe p
l'auuenire ſpeſſe volte farete, che i
con voſtri ſcritti mi ricrei, e per coſ
dire, m'ingraſſi. State ſano, e viue
felice. Roma li 22. Gennaro 1655.

Epiſtola Reſponſoria.

REddite mihi ſunt nudius tertius li
teræ tuæ per breues illæ quidem
ſed amoris, humanitatiſque pleniſſimę
hoc etiam mihi fuerunt iucundiores
quod manu tua ſcriptæ eleganter eran
& me de omnibus, quam ſcire optaue
ram, planiſsime erudiebant: illud ipſ
teſtimonium eſt conſtantis tuæ in me
beneuolentiæ, qui omni ope, & oper
niteris, vt nullum mihi abs te ſtudium
deſit, quo affici ego aliqua voluptate
poſſim: qua de re tantum tibi gratiar
debeo, quantum vera amicitia patitur
ea enim vult, vt animo magis, quam
verbis gratam memoriam officiorum
comprehendamus; id quod te à me de
ſiderare non feram. Eodem die, qu
litteras accepi, ſtrenue dedi operam
vt verbis tuis ſalutem impertirem ijs,
quos ſaluere peramantèr volebas. Om-
nes tibi verbis honorificentiſsimis gra
tias agunt, de iſta tua in eos inſigni be
neuo-

neuolentia, atque humanitate: iubent-
que te mutuò ſaluere immortalitèr.
Carmen illud quod charactere emun-
cto, & arguto ad nos ſcripſiſti, tantum
laudis ab omnibus mereri viſum eſt, vt
in præſens, ne quid onerem modeſtiam
tuam, prætereundum cenſeam, quantum
ingenij tui candorem, & acumen admi-
rati ſint, auidiſſimè aggreſſi, legerint:
ego verò illud auſim, te hominem Gra-
tijs amicum, & Muſis os gerere rore, &
Ambroſia enutritum, qui ſic orationis
diuitias tuæ, ac delicias, & inſpergere,
& infundere melle puro, ſaccharo can-
dido viſus es. Fateor quidem tibi me
debere non mediocritèr, quando mihi
dulces ingenij tui fructus deguſtandos
defers: ſummo me omnium beneficio
afficies, ſi olim frequentius ſic egeris, vt
ego me ſcriptis oblecter, atque, vt ita
dicam, pingueſcam tuis. Vale, & eſto
felix. Romæ. XI, Kalend. Februarias
M. DC. LV.

ANDREÆ
BAIANO LVSITANO

Præceptori ſuo ſemper colendo.

CAMILLVS
A S. HIERONYMO

S. P. & bonam ſenectutem.

EQVIDEM hùc vſque male, ne dum negligenter admodum, quia tamdiù procul inde ita ſilenter, vt nec tantùm ſemel, nec breuiter: nuſquã tamen aedepol ingratè: licet enim ante hac nihil: hìc nihilominus, quamuis tacitè, amanter ſemper; imo etiam amantiſſime; mox officioſe pariter, & poſt hac frequentius, ac ſæpius; niſi fortaſſe ægre, ſed potius valenter: nũc ſatis hactenus aduerbialiter: quoniam ecce mihi erumpnnt verba. Amo, veneror, diligo, fero in ipſis oculis, qui me ſui obſeruantem perhumaniter reſpexit;

ſpexit; qui me adhuc rudem eruditiſſimus præceptor erudijt: qui me doctrina omnino deſtitutum Doctor probè inſtituit. At vltrò fluunt verba, vbi conſtans permanet firmamentum amoris; ſingularis videlicet Andreę noſtri virtus quæ conciliatrix animorum fida nuſquã patitur poſt florem ſui apud nos obliuione ſepelliri. Repetitis vicibus optamus, atque exoptamus conſpectum illius intueri præſentes; at procul arcet amatæ ſponſæ vinculum obedientiæ: interea ſpes alet animum, eumdemque confirmat, ne deſperet aliquando fore, vt

. . . . . . detur ora tueri
. . . notaſque audire & reddere voces.

Interim volo te incolumem, perfrui viridique ſenecta, vt confluentibus diuini Spiritus muneribus in proximis Nazareni Infantis Natalitijs cumulatus valeas etiam, atque etiam. Narniæ decimo ſeptimo Cal. Ian. M. DC. XXXV.

CAMILLO SVO ADM. REV.

ANDREAS BAIANVS S.

MIraberis, R. P. quod tuis adhuc litteris taciturnus extiterim; ne mirere, non id inurbanus, vel obliuioſus feci; verum ne te vt fratrem, ſed Patrem & Presbyterum, ac noſtris initiatum ſacris Camillum compellarem: per litteras quippe noueram hoc tib

præſti-

prælticari munus: ideo ſilui, vt commodùm reſcriberem. Qui enim futurū, vt cum in cæteros reſcribendo fuerim procliuior, tibi ſolum imminutus, & cunctator fuiſſem? Gratulor, mi pater, mi Camille, de obtento hoc DEI maximo munere: faxit vt eo fruaris, & fungaris quamdiù religionis gratia ſacerdotis meritorum accedat cumulus, quo te in terris, atque in cœlo beatum videris. Nunc nouellus DEI flamen mei tui multis nominibus familiaris in altari memineris, te etiam atque etiam rogo. Equidem qui tuas præſens oſculari manus non valeo, hinc abſens te deueneror, ac haſce literas in tuam peruenturas dexteram deoſculor. Vale, poſtridie Aprilis anno M. DC. XXXVI.

ANDREÆ BAIANO LVSITANO

Preceptori ſuo ſemper honorando.

CAMILLVS A S. HIERONYMO

S. P. D.

Et facilem ſenectutem.

P.

QVamuis præter humaniſſimæ tuæ naturæ conſuetudinem A.R.Preceptor acciderit; vt diuturno ſilentio litterarum quaſi voces extinxeris; id tamen animo nullam meo concitauit admirationem: enim vero trabali, vt aiunt, clauo adhæret infixa menti ea ſententia numquam poſſe extingui

tingui ardorem benignitatis, quem tum ipſa natura, tùm virtus excitat: æquam putaui rationem in ſilentio cunctationis, vt cunctando gratiorem efficeres iucunditatem literarum tuarum, ſic beneficæ voluntatis tuę fructus eſt uberior: quippe mihi gratularis ob ſacerdotij dignitatem adeptam, & cæleſtis gratiæ incrementum deprecaris. Vtinā ad eius cumulum ſaltem proximè accederem, aliquam utique beatitatem obtinuiſſe uiderer. Spero nihilominus, ſi te mei in ſacroſanctis myſterijs memorem præſtiteris, aliquem aditum apud DEVM Opt. Max. aperiri, quò ego nouellus Sacerdos ingreſſus aliquā tibi gratiam referendam minimè deſperem. Faxit DEVS ipſe, ut, quam ego felicitatem deprecor, ille tibi elargiatur; uale atque ita uale, ut diutiſsimè tua ſuauitate morum, ac doctrinæ præſtantia frui ualeamus. Narniæ quinto Idus Aprilis M. DC. XXXVI.

IOSEPHO PRISCO

CAMILLVS, &c. S. D.

QVas ad me plenas officij, & gratæ uoluntatis erga me tuæ, ſcripſiſti literas, illæ te multò mihi amabiliorem reddiderunt, cùm ob eam, quam in nos geris optimam mentem, tùm propter ea ſtudia, quæ

vos iſthic recolere nuncias. Nam gaudere me vehementer oportet, dum in addiſcēdis diſciplinis veſtram vos operam bene poſuiſſe video; quippe qui optima virtute iuuenes tandem agnoſco, quales adoleſcentes Auditores meos ex præclara eorum indole præſagiebat animus. Quid ego vos hortor, vt quod laudabiliter incępiſtis, abſoluere glorioſe ſtudeatis? Res ipſa, in qua verſamini (qua nihil in vita hominum conducibilius, nihil etiam honorificentius) ſatis vos excitat. Illud reliquum eſt, vt tibi gratias agam pro ea ſignificatione animi in me tui, quæ mihi eò iucundior accidit, quo proximis Dominicis Natalitijs felicior acceſſit. Valebis interea, & meo nomine ſalutem de meliori nota nunciabis Auditoribus olim meis, nunc etiã ſocijs tuis. Romæ ex Collegio Nazareno Nonis Ianuar. M. DC. XXXVIII.

PRISCO SVO
CAMILLVS SALVTEM.

EA Philoſophorum axiomata, quibus literæ tuæ mirificè exornabãtur, mi Priſce, adeo me exilararunt, vt præ gaudio immortalitèr triumphauerim: nam te ætate adhuc Adoleſcentem grauioribus diſciplinis non mediocriter inſtitutum agnoſco; ſic velim habeto.

habeto, nihil iucundius mihi poſſe contingere, quam quos vnice diligo, & humaniorum litterarum quaſi lacte enutriui, eorum incrementum virtutis intueri. At quia hiſce Philoſophorum dictis viſus es ita vti; vt nullus excuſationi locus relictus videatur meæ, neceſſe habeo ea retorqueri; vt ſic incuriæ, & obliuionis notam procul à me dimoueam. Ne vero longior, quam par eſt, diſceptatio inſtituatur, vnica diſtinctione rerum vtar, qua omnis argumentorum vis diluatur. Duo rerum genera conſtitui non ignoras, quorum alterum; cum ratione eadem ſe ſe habeat, certam ſemper ſui ſcientiam relinquit. Alterum cum fortuitis caſibus ſubijciatur, cognitionem ſui certam refert nullam. Ex iſto copioſiſſimo fonte illud tritum omnium ore dictum hauritur; *de rebus incertis ac dubijs ſcientiam nullam dari, & fortuita certam minime afferre rationem*. Igitur ad quod rerum genus referenda ſint à te relata axiomata in re noſtra, iudicio velim vtaris tuo: id vnum ego poſſum affirmare aſſeueranter, non eſſe me ea natura præditum, (vt probe noſti) qui officio deſim humanitatis, & patiar in reſponſione literarum deſiderari partes meas. Immo verò tantum tibi beneuolentiæ tribuo, quantum mihi abs te vltro amoris ſentio: & lege vel inuita Philoſophantium, *ago indiſtans*, quan-

do te abſentem animo beneuolo complector; neque ex mente depono, quem & vnice amo. Curabo, vt imagiunculam ex ære penſilem, quam poſtulas, ad te quam primum mittam; atque admonebo de pretio, quo cupis tibi librum emi. Interea vale felix & incolumis. Romæ Cal. Maij M.DC.XXXVIII. ex Collegio Nazareno.

IOANNI BAPTISTÆ SVO.

CAMILLVS, &c. SALVTEM.

MAlefactum, Baptiſta ſuauiſſime, quod mihi iam diù expetéti nomen, de quo carmen decantandum rogaueras, deſcriptum adhuc non dederis, An hiſce Hybernis niuibus calamus obriguit tuus? obriguit (vt video) calamus certè tuus, ſed ardeſcit in frigore huiuſmodi mirandum in modum amor ega te meus, qui vltro vellet latis fieri votis tuis. Rogamus igitur te, Ioannes, vt abiecta omni cunctatione ſcribas ad nos, qua ratione tibi parere poſſimus: cupio enim re magis, quam verbis teſtificari voluntatem erga te meam. Viue feliciter, & vigila in tuo Muſæo ſanus. Romæ Quarto Idus Decembris M. DC. XXXI.

IOAN-

IOANNES BAPTISTA

CAMILLO SVO SALVTEM DICIT.

MAle factum, Camille cariſsime, amantiſsime, humaniſsime, quod mihi diu ſcripturienti nomen, inſignia, & patriam, de quo carmen abs te meo rogatu decantandum, nondum data facultas: at certe in cauſa non frigens calamus; ſed affectum male corpuſculum frigore febrili iam rigidum. Vt cumque etiam atque etiam humanitatem iſtam tuam, vltroque præſeferentem voluntatem commendo, probo, amo; quid plura? enixe complector. Rogas vt abiecta omni cunctatione reſcribam? ecce dicto parentem: Hominis carmine celebrandi munus in ſua Religione ſupremum: patria Cornetū: nomen Hieronymus à Corneto: inſignia, Incus tria deſuper habens ſydera. Iam habes omnia: fac mihi moleſto parcas, & valeas, Narniæ Idibus Decembris M.DC.XXXI.

PETRO AMICO SVO VNICE CARO

CAMILLVS SALVTEM.

COrſtat omnibus, qui patiuntur aliqua ſe ratione duci; *Fontem eſſe omnium bonorum DEVM; neque poſſe*

quemquam niſi eius gratia adminiculo ſupra humanum morem exurgere : at illud quoque veriſsimum eſt, *nullum ag[...] præclarum facinus, ſi deſit agentis virtus*; oportet igitur nos confiteri, cum Adoleſcentes tui Auditores in literis progrediuntur, eos & ſua, qui ſtudioſe addiſcunt, & veſtra, qui laudabiliter docetis, virtute progredi. Si autem illi vobis ſtudium, & honorem impendunt, merita vtrorumque virtutis teſtificantur: grati enim rependunt ea præmia, quæ veſtra in illos beneficia iure repoſcunt: nam (vt innuit Seneca) *virtus ſola extollit hominem ad amorem, & honorem*. Verumtamen tu facis rem optimam, multa cum facis, te nihil facere dum reputas: ſic enim te ipſum ſapientem magis præſtas, qui cum non neſcias, *inanes eſſe ſine cœleſti auxilio labores hominum*, quicquid ex eis tibi manat gloriæ, totum DEO referas acceptum. Præclara virtutis fundamenta ieciſti: næ *ventoſa laudis contemptor perennis gloriæ poſſeſſor fies*. Perge age in hoc laudis humanæ deſcenſu, qui ingens eſt tibi aſcenſus ad cęleſtem: enitere in tuis hiſce ſalutaribus inſtitutis, quæ te ex omni parte beatum in cœlo conſtituent. Equidem amo te plurimum, qui noſtra ſtudia mihi gratularis: quod autem te à me admoneri cupis de inſtituendo Philoſophiæ annuo curſu, nihil certi habeo, quod ad te ſcribam; propterea

pterea quia iacent adhuc omnia in tenebris; cum veritas illuxerit, parebo libenter votis tuis. Vale iterum, atque iterũ. Romæ Idibus Iunij MDCXXXII.

AMICO PRIDIGO.

AMICVS VERAX SALVTEM, *& bonam mentem.*

QVid igitur futurum eſt de nobis Amice?tandiu literarum intermiſſa conſuetudo? inquies, fortaſsè *amicitia, quæ clauo (vt dicitur) trabali fixa eſt, fulcimento non indiget verborum*: Ita pol:ſed bone vir nihil tu ad nos, verum de te rumores ſiniſtri ominis inſtar: id quod arrha erat expectationis tuæ, nunc eius opinio habet fallaciam: iſthoc agis? hiccine Regis longimani ęmularis munificentiam, vt inſtar ſeptemgemini fluuij ſitientem Ægyptum irriges vbertim? atque ſatis ad ebrietatem vſque proluas? quæſo te per Muſas, & Charites, paulo lenius progredi: alioquin tuo impendio regredi te oportebit: Amphiarum terra abſorpſit; caue ne tu ipſe terram: præacuto ſtylo quaſi nouellus imperij Princeps muſcas conficis? Vide ne tecum intus muſca ſit: Eluſino non Latino lepore oblectaris? Age dum:quam belle procul Pallade! Quam ſordidè non prætextatum agere nucibus, ac nugis!

At quorſum ſermo deflexit?

. . . . præſtat motos componere fluctus.

Perflat aura beneuolentiæ in te meæ, qua nubes ac nebulæ diluuntur; neque amplius tyria maria excitantur: quæ enim amicitia monet, deſpicienda non ſunt; adeò etiam auribus auidis,& animis combibenda. Muſam conſule,hęc veluti ex delphica cortina arcana promulgabit. Vale. Romæ quarto Idus Iunias M.DC.XXXI.

AMICO QVERVLO
AMICVS BENEVOLVS

Salutem,& tranquillitatem precatur.

QVæ tuæ ſunt, Amice, contentiones? quę contrariorum oppoſitiones? Sol neque piger eſt, neque ſomno indulget, qui pigritiæ, ac ſomnolentiæ expulſor eſt. Sol temporum Motor, ac Moderator, non indiget vt moueatur, ſtimulis, aut calcaribus: ſi enim otio ille torperet, cuncta corruerent: nihil cum ardenti Sole frigus; nihil glacies; neque Sol conuerſus eſt in Lunam, quam Philoſophi frigidam, ac niualem faciunt, quam & Poetæ ferunt Endymionem adamauiſſe: ſi hoc genus portentum apud vos contingit, non abs re Solem niue,ac gelu obrigere autumas, neque veluti alterum Endymionem

mionem ab eo diligi. At vero nos contra experimur: Solis namque tactus eſt, vt non tepefaciat ſolum, ſed etiam cōburat ſæpius; cumque ille ſit Mundi oculus vigilat ſemper, ſtertit numquā, neque ſomno ſe ſaginat. Soli nocturnas tenebras obijcis? Hem quid audio? Memini me legiſſe apud Tullium in ſomno Scipionis *Solem eſſe Ducem, Principem, & Moderatorum luminum reliquorum, tanta ſplendoris magnitudine, vt cuncta ſua luce luſtret, & compleat.* Maculas inſuper tanto lumini offundis? probe quidem ſi Galilęi teleſcopio vſus fuiſti; ſin vero intueri illum aduerſum auſus es; puto radijs eius aciem oculorum tuam diſtrictam fuiſſe, neque potuiſſe ſuſtinere lucem tantam; dum allucinaris in eum riſum Catonianum, cuius hilaritate cuncta lætantur. Solis tandem equos zoilo, vt ais, flagello percuſſiſti! Admiror ſanè; neque enim eos præter Solem percutere aliquis poteſt. Si tamen Phaetontis munus aurigandi exercuiſti, quid ni in Eridanum lacrymarum te decidiſſe lamentaris? Cum vero conquereris de diuturna lucis priuatione, id fuit in cauſa, quod Sol hyberna tempeſtate non aſcendit in Zenith, ſed in Nadir; vnde nequit iſtas nebulas, quas Veſæuus mons cinerulentus, vt quoſdam ſulfureos globos in auras exalat, lucis radio ſuæ diſſoluere, diluuere, atque in pluuiam redige-

re. Cum in Zenith aſcenderit, oſtentabit vultum tibi ſerenitate mirabili. Caue interea, nè eius candore, & calore obrutus obeas dies atros: nam vapores iſtos veſæuos trahet ad ſe ſe, conuerſoſque in aquas ex alto æthere dimittet; vt furores, & irarum feruores extinguat. Heùs, Amice cariſsime, quo calamus exceſsit tuus? vis tibi arma parari? ecce mei erga te amoris tela, quibus litem contrariorum dirimas. Vale ſemper amiciſsimè, & iucundiſsimè. Romæ quarto Idus Martias M.DC.XXXII.

AMICO REPREHENSORI.

AMICVS DEFENSOR

Salutem, & candidam mentem.

P.

CVr ita de amico, Amice, ſuſpicaris? vbi literas tuas accepi, non ſegnis, aut lentus reſcripſi. Cur autem tardiuſculè reſponſio ad te venerit, rei cauſam prorſus ignoro, id vnum ſcio, quò miſerim; & cui ad te dederim: Neapolim, ac Tabellario. Non tamen me fugit, quantum aquæ pluuiæ hoc tempore ſoleant homines ab itineribus arcere: culpa itaque tribuenda eſt omnis tempori inopportuno, quo, obducto Sole, miror nihil, ſi dies tibi candidus illuceat nullus. Immo ſæuus Boreas increbreſcens noctem ſolito mul-

to

to gelidiorem efficiat, vt placida quies animo illabi tuo non poſsit. Cum verò inter gelidam tempeſtatem ex amoris in te mei igniculo calorem capias, nihil eſt, quod iucundius nobis contingat: ſiquidem *amicus ille non eſt dicendus, qui aduerſo tempore amicitiã retinere nequit.* Ne igitur vitam viue miſeram, qui candidæ beneuolentiæ igne foueris meæ: abijce procul ſqualorem, dum lux ſerenat animos noſtrum vtriuſque. Vale feliciter, & ſalue perhumaniter. Romæ decimotertiò Calendas Aprilis 1632.

AMICO SVAVISSIMO AMICVS ITEM CANDIDVS

Salutem dicit.

QVas accepi abs te nupèr literas, ita herclè gratas habui; vt ab illis putem me immortalitate donatum: qui enim immortalitati ſtudet, curat, nomen inciſum ſuum dalmatico vt radiet auro, aut pario marmore: id certe mihi contingit, qui nomen meum ſcriptis tuis conſignatum video, atque monumentis aureo calamo inſculptum. Per te igitur laudis honoriſque monumentum erectum eſt mihi, inque animo tuo omnes triumphos meos, ornamenta omnia collocari vehementèr gaudeo. Illexit ſuauis odor

verborum tuorum, planè ambroſius animum meum, videorque in meo amarore recreari ſaccaro, ac nectare epiſtolæ tuæ: vt enim noui tuam in me beneuolentiam priſtino candore illuceſcere, abijeci omnem ex pectore mçroris vmbras. Tu, qui omnes albis, vt aiunt, equis humanitate præcurris, minime paſſus es in eo curriculo ab vllo ſuperari. Deberem tibi ob id gratias immortales; ratus tamen ſum officij vicem præſtiturum, ſi tuorum in me beneficiorum memoria numquam conſeneſcat, intercidat, aut emoriatur: nam gratiam qui habet, in eo ipſo, quod habet, referre perpetuò videtur. Neque licet mihi Laconica breuitate vti; creparem enim medius, ſi tecum, quem amicum ſuauiſsimum alloquor, epiſtolam coarctarem ad breuitatem. Curabo ſicut ſcribis, vt meus tui amor ad occaſū vſque vitæ vigeat: curabis etiam tu, vt viuax ſit tua mei memoria, vt ipſe non ſis futurus viuacior. Vale ſemper felix. Romę ſexto Calen. Apr. M.DC.XXXII.

AMICO STABILI

AMICVS CONSTANS SALVTEM.

CVr nobis minimè fas eſt vti breuitate? ſi quæ monumentis ad immortalitatem incidi ſolent, inſcriptiones, quo breuiores, eo pulchriores, &

proli-

prolixitate nihil eſt odioſius . At calleo ſenſum tuum; addidiſti *laconica*, & negaſti velle vti laconiſmo: quoniam nos non eſſe *lacones* iudicauiſti, & ſatis prudenter: non enim in veris amicitijs obſeruandis auſpicandæ ſunt Lunæ rationes, quemadmodum ipſi *lacones* ſolebāt res ſuas obſeruare augurijs. Hinc eſt *laconicas Lunas* de infirmis pactis, & incertis promiſsis adagio ferri. Neque opus eſt, vt amici nos cruditatem aliquam animi excoquamus, laconicum frequentemus; ardor enim amoris omnem poteſt ſudorem elicere, atque excrementitium humorem. Immo in hac fornacula interclusus, niſi per pauca ſpiracula amicus reſpiraret, occluſo ſpiritu, diem vltimum obiret. Quorſum iſta ego? tu noluiſti ſermone vti *laconico* neque ipſe utar *laciniòſo*. Si te dulci nectare epiſtola mea recreauit, tua ſummo me gaudio perfudit. Non igitur uideo, quo pacto conſeneſcere, aut intercidere, aut emori poſsit amicitia noſtra: fac tu læto ſis animo; illa enim perennis, ac perpetua futura eſt. Vale, & ſalue. Romæ octauo Calend. Aprilis M.DC.XXXII.

CA-

CAMILLO A S. HIERONYMO

Amico ſuo.

IOANNES FRANCISCVS A IESV

Salutem.

E Longo torpore excitatus id tandẽ ad te literarum (expectatis longo tempore tuis) exaro: teque uirum omni ſcientia politiſsimum ſuper quadam Virgilianarum Eclogarum lectione cõſulo. Canit enim Maro in 1. Ecloga.

Libertas quæ ſera tamen reſpexit inertem:
Candidior poſtquam Tondenti barba cadebat.

Ita ne hæc duo carmina interpungenda ſint, an illo alio pacto lis eſt.

Libertas quæ ſera tamen reſpexit inertem
Candidior: poſtquam Tondenti barba cadebat.

Si enim primo modo interpungendum eſt, ſecundus uerſus non uidetur procedere: Virgilius enim, qui illa Ecloga Tytiri perſonam agit, tunc temporis, quo tempore Eclogas ſcripſit, (vt ex eius patet hiſtoria) candidam nondum barbam emiſerat; immo iuuenis admodum erat. Qui igitur candidior eius barba dicitur?

Secun-

Secunda vero lectio non videtur incongrua. quin vtrumque verſum venuſtat: dicitur enim libertas candidior: ideſt, vt explico, *fœlix*, *proſpera*; nam quæ fęlicia, ac proſpera ſunt, eadem candida Poetis dicuntur. vnde Ouidius *fœlix*, *&* *candidum* ſynonimice videtur coniunxiſſe quarto de ponto Eleg. 4.

Candidus & felix annus . . . . . .

& 3. Triſt. 4.

. . . . *fato candidiore frui*.

Ideſt *feliciori*. Superuacaneum eſſet illud addere, proceſſiſſe nempe hunc loquendi modum ex calculis albis, nigriſque. Albi namque proſperam ſententiam, vel ſuffragium. Nigri infelicem denotabant; vnde Ouid. Methamor. 15.

. . . . *candida ſententia ſcripſit*; itaque ſuam ait Tytirus libertatem fuiſſe candidam, quaſi ſibi albis datam calculis, & permiſſam. Hęc ego diſcipulos docebam, cum venit in mentem ad calcē eiuſdem Eclogæ Tytirum vocari ſenem à Melibæo: vbi occinitur. *Fortunate ſenex* . . . . Semel & iterum. Poſſet igitur; immo omnino dici debet Tytirus fuiſſe ſenex: non tamen Virgilius Tytiri perſonam agens, ſenex fuiſſe dici poteſt, nec debet; abſtulit has tenebras, vel pro prima interpūctione ſtetit Turnebeus aduerſ. lib. 1. cap. 26. cum alijs doctis: aſſerit ille libertatem dari ſolitam eſſe ſenibus tantum, non iuuenibus qui apti ſunt ad labores. Virgilius itaque

que licet iuuenis eſſet, quia tamen libertate donatus, iuxta veterem morem ſenex in Tytiro dici poterat: hinc illud ortum de ſeruis, *ſatis ſpectatus;* vt ſatis ſeruum iuuenem ſpectari potuiſſe credamus. Vtramque tibi exibui explicationem, quam expecto, donec tu reſponderis, in neutram inclino. Vale. Narniæ 4 Nonas Sextil. M.DC.XXXIV.

IOANNI FRANCISCO A IESV

Amico ſuo

CAMILLVS SALVTEM D.

EQuidem aliquanto ante Letheis aquis emerſeram, quando te excitatum è longo, vt ais, torpore dignoui: quamquam torpor ille tuus (ſi torporem denominare fas eſt) ingenio meo torpentem excitat præſtantiſsimo ingenio. Sciſcitaris ab amico, non quidem, vt allucinatur Amor, ſcientia politiſſimo, ſed tui ſanè ſtudioſiſsimo, in quam iuero ſententiam, atq; vtri nominum *barbæ* ne, an *libertati candidior* epitheton deijciendum ſit? porro nihil aliud affirmare poſſum, niſi opinionem meam, petenti amico obaudiens: videtur enim mihi non ad *libertatem* quod præceſſit, ſed ad *barbam* quod ſequitur referenda vox *candidior*, nam & ſi Virgilium vigintiocto annorum Bucolicam ſcribentem

rem acceperimus, neutique ignoramus *canos dici ſenſus hominis.* Non igitur mirū, ſi adhuc iuuenis ſenili iudicio (cuius canities index eſt) condecoretur, & ſenex vocitetur, & attributa ſenectutis ſortiatur. At qui naturæ fortaſſe obſtat, eſſe aliquem annis iuuenem,& barbam emiſiſſe canam? Eſt hodie in vita Teſtis apud Campias, qui nōdum vigintiquinque annos exegit, & canus fere totus eſt. Ferunt inſuper Hiſtoriæ veterum quibuſdam nobilibus Adoleſcentibus acerba adhuc & immatura in ætate canitiem contigiſſe. Hinc Numæ Romanorum Regis à prima ætate incanum mentum: hinc Tarquinij pueritiā caneſcentem: hinc Domitiani adoleſcentis comam ſeneſcentem: hinc tandem Stiliconis feſtinam: hinc intempeſtam Seuerini canitiem: & ſæculis ſuperioribus vir nobilis, & illuſtris Poeta Petrarcha, cum eamdem, quam Virgilius, *barbam candidiorem* admodum iuuenis gereret, licèt initio moleſte ferret, tot tamen præclarorum virorum exemplis ſe ſe conſolabatur; ita ſcriptum legitur in eius vita. Quid? ſi vox *candidior* idem reſonet atque ſplendidior. Splendor autem iuuenilem faciem ornat maximè. Præterea ſæpe Poetæ præcinunt futura, vt præſentia, alibi namque ipſemet Virgilius

. . . . . . *Portuſque require velinos*.

Qui nondum velini dicebantur. Nunc ad rem noſtram. *Can-*

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat.

Vertendum eſt. Quando candidior barba cadet, tunc plenior me libertas reſpiciet. Sic

Fortunate ſenex . . . . .

Non ad ætatem refert Seruius, ſed ad fortunatum futurum ſenem; atque ideo per Enallagem apponitur tempus pro tempore; nempe ſenectus pro virilitate. Neque enim *candidior* videtur referri poſſe ad *libertatem* cum verbum reſpexit, felicitatem innuat, & propitiam fortunam: ſi apponenda præterea vox *candidior*; ambæ idem notarent, quod fruſtra videretur, nec optimam referret lectionis ſententiam, quæ ita, vt opinor, erit explicanda.

Libertas ſera reſpexit inertem.

Quaſi dicat; adeo ſera libertas reſpexit me inertem, vt tunc temporis eſſem cano capite, imbecilli corpore, ac Tonſori barba mea caderet candida & alba. Subit etiam illud ad mores: quamvis iuuenis vinculis ſeruitutis omnibus ſolutus exiſtat; adhuc tamen ſeruit effręnatis animi cupiditatibus ſui. Hinc non planè libertate donatus, qua fruetur plenè ad ſenectutem; vbi motus cupiditatum reſederint. In qua inſuper ſenectute (quod notauit Iunius lib. de coma cap. 2.) *Veteres, vt recrementitiam ſenibus crinium ſyluam tollerent; aut tondebant forficulâ; aut radebant nouaculis;*

aut

aut digitis vellebant; aut volſellis eradicabant; aut digladiatorijs medicamentis extinguebant; aut denique pice, reſinaque extirpabant. Verumtamen (vt extremam epiſtolæ manum imponam) malo eodem Seruio annuente, affirmare; ibi allegoricè loqui Tytirum paſtorem ſenem, qui neque perſonam Virgilij agat; ſed ad ipsũ tantummodo referat quidquid cecinerit. Hæc tibi ex opinione habui ſcribenda. Cæterum eadem meliori iudicio diſcutienda relinquo: *Lippus enim & oculis affectus malè iudicat de coloribus*. Vale igitur, & ego, ſi quid valeo, tibi valeo. Romæ Nonis Auguſti à Partu Virginis ſalutari MDCXXXIV.

IOANNI ANTONIO SVO CAMILLVS SALVTEM.

MEllea, ne dicam ſuaues, aut iucundæ, mihi extiterunt litteræ, quas ad me miſiſti voluntatis in me tuæ indices: Adeo illis exhilaratum non aliter me ſentio, quam vt amænitate huius Tuſculanæ regionis, in qua nunc viuimus, procul à curis, quibus defeſſi Romæ propè obruebamur. Petis à me florida ſuccique plena (vt ais) Rhetoricæ noſtræ documenta accipere: vide quæſo, per tuam fidem, ne opinione tua fallaris. Vt tibi obſequar, ea mitto, non tamen poſſe puto, illis te elegantius

tiùs inſtitui ad benè dicendum: nactus enim es iſthic Romæ duos inſtitutores quorum alter te Religione augere poteſt: alter doctrina: adeo vt conſocij tu fortunæ tuæ penè inuideant, & maximè gratulentur. Vtere tu tantorum virorum præclara virtute, ac fruere conſuetudine fructuoſa: quantũ enim in vtroque induſtria valeat, non me latet. Si vero quid à me vltrò tua cauſa volueris ſcito te paratum habere Camillum votis tuis. Vale, atque ita vale, vt diù viuas literis, ac Religioni. Tuſculi, Calendis Maij M,DC,XXXIX.

IOANNI ANTONIO SVO

CAMILLVS SALVTEM.

TAmetſi quotidianis diſtineor curis, vt minimum temporis ab his vacuum relinquatur; voluntati tamen obſequor tuæ. Accipe igitur ex *medijs* curarum fluctibus hauſtam *literis* tuis reſponſionem: non equidem accuſo negligentiam, immo excuſo pietatem tuam: at quid dixi excuſo? approbo, laudo, commendo, diligo, & amo, à qua tantum fructus percepiſti, quantum ſatis eſt ad bene, honeſteque viuendũ. Me vero ſic exiſtima, vt omnia bona tua cauſa velim, atque à DEO ipſo frequenter contendam. Tu verò nihil peccaſti, ſi autem quid peccaſti, nactus es

nos

nos procliues ad veniam; cum & ipſi culpis ijſdem obnoxij quandoq; ſimus. Quæris tibi pignus benignitatis in te meę? Accipe reliquas præceptiones Rhetoricę, quas me rogas: accipe illas, vt teſtes animi in te mei, qui commodis tuis ſtudet ſemper, atque inhiat: ea tamen conditione accipias velim; vt cum omnes deſcripſeris, exemplar illarum ad me remittas: eſt enim, qui ſcribebat, Carolus Ioſeph ita pectore affectus, vt multa ſcribere non valeat amplius. Ecce inſuper cum tua Elegiola carmen à te concinne decantatum in laudem Amantis Chriſtum Magdalenę, non quidem lima noſtra expolitum, ſed indicio qualicumque approbatum: modo quorumdam verſuum dulcior fiat connexio; recidatur epiſodiorum aliqua digreſſio; neque ſit inciſa vnius carminis dimenſio: quę omnia delineatione ſignaui, vt facilius poſſis in meliorē formam conuertere. Vale, meque de more ama, ac dilige. Tuſculi. Idibus Maij M.DC.XXXIX.

MICHAELI SVO,

CAMILLVS SALVTEM.

NÆ Ego ingratus videar, qui nolim gratias agere, cui debeo. Sed enim nolo verbis, ne ita quodammodo retuliſſe dicar, meque omni vinculo ſolutum

lutum putem. Nam qui votis meis ſatis abundè fecit, illi meipſum totum deuinctum æternum cupio. At quorſum hæc? habeo enim rationes, vt neque opus ſit mihi vti hac lege conſuetudinis agendi gratias; ſed apertiùs intelliges, ſic nihil pluris à me fieri, quam vt gratam animo beneficij memoriam retineam. Age: percunctaris à me, *vtrum Reſpublica literaria ſit eorum dumtaxat, qui humaniorum ſtudia literarum profitentur*. Quamuis autem hoc ipſum, quod te legiſſe ſcribis in noſtra Methodo epiſtolica, non ita ſe ſe habeat, verum abſolutè ſine adiuncto *res literaria* ſcriptum ſit: nihilominus accipe, quæ habeo pro tua defenſione aduerſus ingenioſas diſcipuli contendentis obiectiones. Iſthoc nomen *literaria*: vel ſolum pertinet (vt frequenti vſu Latinæ linguæ accipi ſolere video) ad eruditos politioribus literis, vt ſunt Grammatici, Poetæ, Rhetores, quorum ſchola, & ludus literarius dicitur, & ipſi literati, quod literate, hoc eſt, elegantèr eloquantur & ſcribant; atque ita *Reſpublica literaria* humaniorum dumtaxat literarum profeſſores admittit, excluditque cæteros quarumcumque ſcientiarum Auctores. Vel communiori vocabulo, & conſuetudine vulgari ad eos etiam refertur, qui quoquo modo literas nouerunt, ac profitentur: qua ſignificatione & ſcientiæ Philoſophantium, &

Theo-

Theologorum exprimuntur. Hoc pacto igitur *Reſpublica literaria* conſtituitur ab ijs omnibus, qui non modo pulcrarum literarum ſtudia, ſed ſcientiarum etiam diſciplinas exercent. Atque hoc ipſum eſt, quo conciliari poſſunt pugnãtes veſtræ inter ſe ſententiæ. Sin autem (id quod fortaſſe dubium affert) quæritur; *an ſinguli diuerſarum diſciplinarum profeſſores ſingulas Reſpublicas ſibi conſtituant*, hoc habeo poſſe fieri: vbi enim res eſt pluribus communis, qui alicuius generis artem profitentur, illicò publicam dici licet. Quid igitur ni humanioribus literis communiter inſtituti Rempublicam ſibi ſoli inſtituant; licet cum literatis genere conueniant? Veneti, Genuenſes, Lucenſes, natione non differunt (omnes namque Itali) patria tamen diſcrepant, & ſinguli diſtinctas poſſident Reſpublicas ſuas. Ita quidem Auctores diſciplinarum omnes ſunt literati, qui tamẽ ſic inſtituti ſingulas Reſpublicas habere poſſunt in ſua ipſorum diſciplina; quas diſtinguat neceſſe eſt poſſeſſiuum aliquod vocabulum. Hæc erant, quæ habebam dicere, vt tuam opinionem confirmarem; ſi quæ erunt aliæ rationes noſtris pugnantes, fac nos admoneas, curabimus veritatem aſſequi, cui pariter acquieſcamus. Tu interea Vale, noſque vt ſoles ama. Piſis, decimoquarto Cal. Aprilis à ſalute Humani generis reparata M.DC.XLI.

AN-

ANGELO SVO
CAMILLVS SALVTEM.

EGo, mi Angele, non ea conditione homo ſum, qui facile arguam, quos mei ſtudioſos admodum experior vel Pythagorica, vt aiunt, taciturnitate vtantur; hoc ipſum in optimam partem accipio, & ſub ſilentij quaſi cinere conſeruari puto eorum in me ſtudium. Non tamen eo inficias, me deſiderare quandoque intelligere, quid illi agant: *An feliciter viuant, an valetudine recta fruantur*. Hoc enim eſt mihi copioſa ſeges gaudiorum. Dolebam enimuerò, & valde dolebam de longa tua, ac prope inueterata ægritudine; ſed cum audio te ab ea emerſiſſe, non poſſum mihi non lætari vehementer; tibi gratulari ſummopere; DEO gratias agere ſingulariter, cuius beneficio in ſanitatem redieris magis, quam Medicorum ope, & opera. Laudabile tamen eſt, vt ex Medicorum conſilio cœlum patrium repetas, quo firmior redeat vitæ incolumitas tuæ: neque ideo meſto animo ſis, qui ſtudiorum conſuetudinem noſtrorum deſeras: nam ſatius eſt tibi, quā ſtudia colere, in tuto ſalutem collocare: ſi autem vita ſupererit, adoleſcentiæ tuę atque ingenio addiſcendi non deerit oportunitas. Interea tametſi te non erudio præſentem: abſentem vt rogas litteris

teris

teris, & præceptis adiuuero. Age,& in qua es ſpe,conſiſte. Fac valeas,mi Angele, atque ita viue, vt Angelorum conſortio frui æternum poſſis. Tuſculo Idibus Aprilis M.DC.XL.

CAROLO IOSEPHO SVO

CAMILLVS SALVTEM.

LVſiſti ſane egregiè, mi Ioſeph, & luſu probè ingenioſo: nouam rationem inueniſti laudandi me, dum Camillum ſacrum DEI Miniſtrum, vtpotè ingenuum, vel ipſi Pyratæ veriti ſunt, neque in eum manus afferre auſi. *Ob egregia, & in hoſte pietas mirabilis!* Sed hæc miſſa faciamus. Iam ad rem noſtram. Litteræ tuæ me mirificè lætificauerunt: venerunt indices, ac teſtes gratiſſimi erga me animi tui;ac pręterea nunciæ eiuſdem ſpei nondum emortuæ, quam in te viuere diutiſsimè publicis commodis exoptamus: tandem ſalutigeræ, (liceat mihi ita loqui) ab ijs maximè,quos ego vnicè diligo, & quibus plurimam ſalutem remitto, quam iubeo te illis nominatim annunciarę, & præterea curare valetudinem tuam diligenter. Piſis, decimoſexto Calend. Aprilis M.DC.XXXXI.

DOMINO PETRO A VENETIIS.

Monaco Caſsinen.

CAMILLVS SALVTEM P. D.

AMo, mi Petre, & quam poſſum maxime diligo,& commendo humanitatem animi tuam, facilitatem ingenij, ac memoriæ felicitatem, qua videris non tam Muſas, quam me *Muſarum* Amatorem recolere. Noui antea te re ipſa, atque animo hominem ſtudioſum, gratum, & humanum; ſed nunquam tamen illuſtrius, quam cum in ſumma occupatione rerum tuarum conaris efficere, vt vetus illud ſtudium noſtrum nulla obliuione contabeſcat,et pereat, immo quotidie magis vigeat, ac perennet: quo quid poſſit gratius accidere, & iucundius viro, cui nihil eſt amabilius quam ſtudium,& diligentia iſta tua? Perge, mi Petre, ac te virum ex omni parte amabilem præſta: moribus, litteris, genio, ingenio fac ſemper idem ſis, qui fuiſti, omnibus commendabilis: *Hoc enim eſt* (vt dici ſolet) *totus Homo*. Curaui, vt quod tibi erat in votis, meo monitu frater tuus cumulatè præſtet; præſtabitque frequẽter poſthac, me hortatore; qui etiam illius, quam deſideras, & ratio haberi poteſt, eam ſemper habebo. Tu interea

ea cum DEO precibus age, ne ſinat nobis eam virtutem deeſſe, qua omnia vincere humana poſſimus, & conſequi diuina. *Vale, & ſalue*. Romæ XII. Calendas Nouembris M. DC.XXXXIV.

CAROLO SVO
CAMILLVS SALVTEM.

QVanti te faciam, mi Carole, hinc accipe: eodem puncto temporis, quo tuas accepi, perueſtigaui animo, qua ratione facere poſſem, vt votis tuis celerrime, & cumulatiſſimè facerem ſatis, atque Marium tuum diſcipulum tantæ indolis, ac ſummæ expectationis Adoleſcentem hìc Piſis adiuuarem aliqua opera ad virtutem mea. Sed planè nulla via occurrebat, qua illi ſuccurrerem: niſi fortaſſe is eſſet, qui ætate ac doctrina præfici poſſet inſtituendo alicui ingenuo, & nobili Adoleſcentulo, quem etiam ad publica noſtra gymnaſia aſſociaretur: pro qua re multi me conuenerunt, vt ſibi conſulerem. Quæ alia ſe ſe offerret occaſio, non videbam; tum quod iam dudum demiſſa ſunt publica ſtudia, tunc quòd vrbanæ iuuentutis maxima pars rus Vrbe euolat. Præſcribe igitur modum, quo velis tuis votis ſatisfieri, quibus equidem me ſemper præſtabo maxime procliuem. Vale, meque vt ſoles ama. Piſis, tertio Idus Iulias M.DC.XLI.

CAMILLO A S. HIERONYMO

CAROLVS A S. ANTONIO PATA-VINO S. P. D.

FVerunt plerique, (neque te id Camille ſugit) qui cum menſibus proxime elapſis anagrammata aliquot mea attentiſſime legerent, nec inuenirent aliquid in ipſis, quod vel caninis dentibus roderent, vel adunco naſo ſuſpenderent: nam & pura erant, & aperta: (ſecus autem ab iſtis, & à multis fieri videmus) inuidia potius incitati, quam vlla ratione permoti, ea eſſe longa auſi ſunt dicere: eſſe verò facillimum, cum multæ ſuppetunt literæ, ſententiam aliquam optimam deducere. Illud autem eſſe perdifficile, illud opus magni ingenij; illum ſingularis induſtriæ fructum, ex paucis litteris quidpiam illuſtre, rarumque contexere; id quod ego poſtremum non certe inficior. At verò quis eos mentiri non fateatur, qui cum nihil quod ſuperfluat in meis anagrammatis, deprehendant, longa tamen appellant. Ridiculum hominum genus!

Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere poſſis.

Quod autem aiunt, longa componere anagrammata facillimum eſſe, rem prorſus à veritate alienam iſti aſſeuerant; tantum enim abeſt, vt facilitas

vlla

vlla ſit in longis anagrammatis contexendis, vt ſit etiam maxima difficultas, eamque longe ſuperet, quam in breuibus experimur: Tu enim paucis litteris propoſitis facilius, citiuſque vides, quid colligas, breuique te expedis: cum vero multas habes litteras, quibus vtaris, plura quoque vocabula conficias neceſſe eſt: vt autem plura conficias, nonne acrius incumbendum? maior opera conferenda? grauior labor tolerandus? Verum cur iſta homines inſipienter effutiunt? putant fortaſſe nō eas eſse ingenij mei (alioquin tenuiſsimi) vires; vt ex paucis litteris inſigne aliquod anagramma poſſim conſtituere? vt igitur iſthæc ſuſpicio, ſi qua tamen eſt, ab eorum animis amoueatur, è litteris dumtaxat horum quinque breuiſſimorum nominum

Sancta MARIA Virgo Mater DEI.

Multa, multaque anagrammata contexui, quorum partim pura ſunt, partim cum vnius ſolum litteræ mutatione; ex quibus octo & quadraginta delegi, quæ ita diſpoſui, vt bis ea ſacra nomina lectoribus obijciant: quæ ſi tibi grauiſſimi iudicij Viro arriſiſse cognouero, de iſtorum hominum ſententia, & reprehenſione minimè laborabo. Vale. Romæ ex ædibus Diui Pantaleonis, ſexto Calendas Maij M.DC.IIL.

CAROLO SVO VIRO STVDIOSO
CAMILLVS S. D.

ACcepi litteras tuas cum artificioſis octo & quadraginta anagrammatis, quæ in Beatæ Virginis Deiparæ laudem acroſticis contexta, Eminentiſsimo Cardinali Franciſco Barberino nuncupaueras. Et litteras, & anagrammata legi attentiſsime; ac multa ſane inueni, quæ non mediocriter laudarem; elegantiam maximopere litterarum: artificium anagrammatum quippe ingenioſum, dignumque viro ſtudioſo, ac litterato. Neque vero Criticorum illorum, quos dicis, cenſura me mouet, qui opinione ſua magis, quam autoritate ſapientum virorum, atque vſu innituntur ſolent; vt iudicia rerum ferant, quæ ignauum hominum pecus poſtea ſequatur. *Hoc genus anagrammatum, cum ſit origine antiquiſsimum, artificio admirabile, vſu frequentiſſimum, commendari multum quis neget?* Apud Hebræos non ſolum nomina, ſed ipſas etiam nominũ litteras venerari mos erat; ac ſępe viri, qui inde myſteria felicitatis alicuius rimabantur, cariſſimi Regibus fuerunt. Vt Lycophon, Ptholomæo Philadelphio, Regi Ægyptiorum ſapientiſſimo, ac litteratorum propugnatori. Inde ab Hebræis ad Græcos vſus anagrammatum

matum tranſmiſſus eſt, cuius meminit Euſtatius Homeri ſcholiaſtes: Poſtremo eruditis Latinis non ignotus viget quotidie magis, ac floret; *vt nomina in varios ſenſus affabrè reſoluta, honorem DEO, laudem viris multam afferant.* Quid igitur nequeat vir litteratus in eo opere laudabiliter verſari? maximè ſi pura, neque detorta anagrammata optimam aliquam (quales tuorum ſunt omnes) ſententiam referent. Vnde quid caninis dentibus rodant, quid adunco naſo ſuſpendant cenſores iſti nihil habent in tuis anagrammatis, *quæ quoquo modo contexeris, paucioribus, pluribus nominibus, dum ſupervacanei nihil continẽt, & appoſita eſt ſententia, quam eruis, digna ſunt admiratione, ac laude.* Sic ſapientum auctoritas, ſic gentium vſus, ſic litteratorum Theatra clamant. Itaque de Criticorum huiuſmodi opinione, ac reprehenſione non eſt laborandum. Vale, ex Collegio Nazareno MDCIIL.

IOSEPHO AMICO SVO

CAMILLVS SALVTEM.

QVas ego ſerias (mi Ioſeph) tibi gratias egero, pro ſera quidem, ſed gratioſa congratulatione tua? Hæc gratior acceſſit, quia tu vt candidus alter Olor antiquioris vitæ meæ extremum concinuiſti, recentem

aliquam beatitatem auſpicatus. Vtinam is ego, qualem noua me dignitas Sacerdotij poſtulat! vt qui dicor Camillus nomine, dignus re ipſa tanti myſterij ſim adminiſtrator: tunc enim in meis ſacrificijs DEVM conciliari à me poſſe confido: dabo tamen operam, vt quæ imbecillitas mea deſperat obtinere, miſericordiæ diuinæ beneficio conſequar. Interea tibi quas poſſum gratias ago, quas autem debeo, habebo dum viuã: referre eas non valeo: niſi fortaſſe *gratiam, qui habet, in eo ipſo quod habet referre videatur*. Vale, memor noſtri in tuis precibus, ac ſacroſanctis myſterijs; incredibile enim eſt, quam egeo cæleſtis auxilij. Narniæ quarto Nonas Maij M.DC.XXXVI.

LAVRENTIO SVO CAMILLVS SALVTEM.

QVoniam erubuiſti, *ſalua res eſt*: ingenuus eſt iſte rubor, qui te ab omni culpa eximit: quippe tibi præcautum eſt, ne poſſis aliquo ingrati animi vitio inuri, qui probe cenſuiſti, tuam mei gratam memoriam litteris teſtificari, eo temporis præcipue cum deuectus es ad dignitatem Sacerdotij, quam in præſentiarum gratulor tibi ſummopere. Faxit DEVS, vt quod Diuina pietate munus ſuſcepiſti, *hume-*

ris impar etiam Angelicis, illud ipſe eo tui obſequio animi, ac timore pertractes, qui aditum tibi aperias ad gloriã beatitatis. Hoc vnum eſt, quod ego quotidie à DEO magis contendo, vt aſſequar: ne, *ſi hoc grande onus dignitatis ſuſtinere nequeam, lapſu grauiore corruam*. Tu vale mi Laurenti, memor tamen noſtri in ſacroſanctis ſacrificijs. Piſis ſolemnitate Paſcali trigeſima Martij M.DC.XLI.

CAROLO IOSEPHO SVO CAMILLVS SALVTEM.

QVod ad me ſcripſeris nihil, nihil tibi incuriæ tribuo: *eo enim otio frui voluiſti, quo nihil excitat magis ingenium ad præclaras artes*. Teſtes ſunt huius otioſæ tuæ ſolertiæ nuper miſſa ad nos cum eleganti oratione poemata non vulgariter conſcripta; quæ vt vidi præferre fronte redolentem Roſam, ita ſuauitate eius ſum affectus, vt totum præ iucunditate me ſenſerim lætificari; nam, cum Auditoris olim mei expreſſam ibi intueor ingenij indolem, non poſſum gaudio non exultare. Perge igitur in eo ſtudio, quod te ad ſummam laudem prouehit; cuius quia me participem volo, ad eam te vehementer hortor; in quam partem me admitti libenter feras, quando ego ita

tui ſtudeo, vt tua meis commoda dimetiar. Vale propterea, & quæ tui monumenta ingenij commendamus, ne patiaris vllo modo perire blattris, ac tineis: ſed perennia effice, atque immortalia: ſic volumus; ſic tibi imperamus. Piſis, pridie Calend. Maias M.DC.XXXXI.

PETRO LVCÆ AMICO SVO CAMILLVS SALVTEM.

QVas ad me dediſti litteras, teſtes doloris, quo te affecit nuntium de obitu Patris Georgij, ſic accepi, vt tuæ in me quoque ſint ſtudioſæ voluntatis indices: qui ita noueris in alio æſtimare virtutem, vt viri religioſi, ac probi iacturam mihi vehementer condoleas, & vero non ibo inficias, quod *accidit lacrymabilis multùm obitus boni viri, qui cum diù vixeris benè beateque*. Sed tamen eius generis homines ſumus, qui alienæ felicitati inuidere neque poſſumus, neque debemus. Monet fides, in qua ſumus, *omnia hominibus contingere ſempiterno DEI cuncta moderantis conſilio, atque eſſe cuiuſque probitati conſtituta in cœlo præmia, quæ cum ſint immortalitate donata, poſt mortem ſolum conſequi homines poſſumus.*

Votum tuum & conſilium vehementèr commendo; quod ſi antea ad me dela-

delatum fuiſſet, acceſſiſſet votis meis maior lætitia, qui in eo deſiderio eram, vt alterius probati viri, (qualem te noueram) probitate iacturam factam reſarcirem. At præſtò affuit, qui ſe mihi ſocium recepit, & fidum Achathem. Is eſt Angelus, quem certa ſpe ducor, vt credam fore, votis meis reſponſurum; recipere alium nunc poſſum neminem: non enim te fugit, numerum capitum certum eſſe conſtitutū. Ago nihilominus gratias tibi immortales, ſemperque habebo, cuius tam humanum ſtudium, tam facilem operam rebus meis nactus eram; niſi rem fortuna anteuertiſſet: ero tamen ſemper memor (ſi ſe ſe offerat occaſio) quantum debeam tuę humanitati. Interea DEVM Opt. Max. deprecor, vt diu te præſtet incolumem, quò liceat aliquando tuæ nos conſuetudine, moribus, ac familiaritate frui. Vale. Romæ, quinto Idus Octobris M.DC.LIII.

CAMILLO A S. HIERONYMO

CAROLVS A S. ANTONIO PATAVINO.

EN tibi Anagramma, quod rogaſti, à me olim ex noſtri Fundatoris, ſenis, & doctrina, & pietate celeberrimi, nomine, tituliſque deductum; quod meo de more curaui; vt quam propriū

contexerem. Eſt igitur vitæ illius quoddam quaſi compendium : & Vrbem, vrbiſque locum, in quo mortuus, atque adeo ætatem ipſam, qua deceſſit, apertiſsime declarat; ea dicendi facilitate, eaque proprietate verborum; vt niſi anagrammatis nomen eſſet præpoſitum nemo de anagrammate cogitaret. Quod eo quidem proprius, & melius eſt, quod aliquot ante menſibus à me compoſitum eſt in laudem ſapientiſſimi, ſimul ac doctiſsimi viri Petri: in huius enim anagrammate continetur quidem vita, Vrbs, ac domus, in qua mortuus fuit; ætas autem non explicatur. Quoniam vero hoc, quod inferius eſt, tibi non improbatum, immo commendatum eſſe percepi, ideo non ſum veritus, præſertim abs te rogatus, ſuperius ad te mittere; vt quemadmodum ſtatuiſti, Typis committas vna cum nobiliſſima oratione tua, qua pulcherrima tanquam Panegyri illius optimi ſenis, communis noſtrum omnium Parentis benè præclarèq; geſta eloquentiſsime recens es; Quam profectò orationem nunc pluribus verbis commendarem, ſi poſſem: Huius enim temporis anguſtię non permittunt. Sed erit alius de ea dicendi locus: vnum hoc modo dictum ſit: eam eſſe venuſtiſsimam, elegantiſsimam, diſertiſsimamque, ac Tulliano ſtylo ſingulariter expreſſam. Vale ex ædibus D. Pantaleonis XII. Calen. Decembris M.DC.XLVIII.

CA-

CAROLO A S. ANTONIO PATAVINO.

CAMILLVS SALVTEM.

ET quæ rogaueram, & quæ optaueram, anagrammata ad me miſſa, e re nata potius, quam ex arte compacta, bene ac feliciter. Pro tua in me ſingulari beneuolentia factum ſatis eſt votis meis, ageremque tibi gratias ſingulares; niſi compertum haberem, eam eſſe legem conſuetudinis noſtræ, quæ hoc genus obſequiorum non magni faciat, ſed exiſtimet religioſis viris ſuperuacanea, quæ alioquin ſolemnia ſunt Aulicis; ſatis enim habet eam gratiam, quæ in memori pectore vigere ſolet, qualem animum meum fuiſſe, ac futurum deinceps minimè ignoras. Quoniam verò aliquanto ſerius, quam res præſens poſtulabat, anagrammata miſſa ſunt, præponi operi non poſſunt, quod iam diù ſub prælo erat, premebaturque. Tamen, vt vt res eſt, æqui bonique facio conatum iſtum tuum, qui ſua non defuit humanitate optatis meis. In noſtris autem laudibus voluntas in me tua fortaſſe multum prætergreſſa eſt. Vale, & ſi quid valere nos putas, idipſum nos tibi valere reputa. Ex Collegio Nazareno X. Cal. Decembris M.DC.III.

EX-

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI N.

ADOLESCENS STVDIOSVS
F. P.

SIngularia meritorum tuorum officia Exc.P.ac pręcipuè tuæ in omnes ſtudioſos beneficæ voluntatis propenſio me, qui adhuc adoleſcens ſemel ſemper deuinctus ſum obſequijs tuis, impellere videbantur, vt aliquod ingenioli mei monumentum erigerem, in quo æternum viueret obſequium obſeruantiæ erga te meæ: ſed quoniam merita ipſa tua numquam intermoritura longè lateque diffunduntur, non video, quo pari ſtylo id aſſequi poſſim. Alio igitur conuerto cogitationes meas, & quã pro voluntate nequeo obſeruantiam præmeferre, pro facultate teſtari eam aliquo modo arbitror: ſi cum felix fauſtumque Nazareni Infantis Natalitium proximè appetit, tibi, qui Nazarenæ eius Genitrici totum addictum animum geris, pleniſſimum omnis felicitatis, & fauſtitatis augurium, non ex vano Alitis cuiuſquam volatu, ſed ex vero animi mei ſenſu, agerem; & qui omnia tibi feliciſſima vitæ, ac dignitatis incrementa volo, ea ab ipſo Diuino Infante, ac Genitrice ſummis precibus contenderem. Interea, Princeps Excellentiſsime, æquo animo, & benigna, qua ſoles, fronte, hoc optatiſsimum

feli-

felicitatis tuæ auſpicium excipe in ali-
quod ſignum obſequentiſsimæ volun-
tatis in te meæ, qui velim te viuere
Neſtoreos annos. Ex Collegio Naza-
reno, peruigilio Nazareni Infantis.
M. DC. LII.

PATRVO CARISSIMO

NEPOS SALVTEM.

QVamquam mihi ipſi conſcius sũ; Patrue cariſsime, neque latere te poteſt, me animum meum, meque ipſum totum ſemel ſemper addixiſſe obſequio humanitatis tuæ, qua me, vt aiunt, à teneris vnguiculis complexus es: vnde te magis Patrem, quam Patruum diligo: tamen, quoniam omnis inanis eſt facultas, quæ ab actibus exercendis reuocatur, gaudeo non mediocriter, quòd mihi ſæpe tempora ſe ſe præbeant, quibus hoc ipſum animi mei ſtudium aperire tibi, ac teſtari litteris poſſum. Itaque communis conſuetudo me mouet, vt per haſce ſacroſanctas ſolemnitates tantum tibi felicitatis ominer, vt ego meorum compos votorum fieri, tuque pia deſideria tua valeas explere: non enim maiori lætitia perfundor, quam cum intelligo omnia tibi contingere ſecundiſsima; teque optima valetudine frui, cæteroſque omnes domeſticos noſtros; quibus plurimam

mam ſalutem annuncio, teque cum ſacræ manus oſculo ex animo diligo, ac veneror. Romæ ex Collegio Nazareno Idibus Decembris M.DC.LIV.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

STVDIOSVS ADOLESCENS

F. P.

Eminentiſsime Princeps ſemel ſemper animum meum adoleſcentis deuinxi, vt obſeruantiæ meritorum tuorum pro virili obſequar: vnde mihi ipſi deeſſe non poſſum, cum occaſio ſe ſe præbeat, vt Eminentiam Veſtram recolere, atque obſeruare pro voluntate debeam: quam omnibus temporibus, ſed hoc maxime ineunte anno, à DEO ſummis precibus contendo; vt incolumem, ac rebus omnibus florentiſsimam quam diutiſsimè tueatur; vt ita rebus hominum ſingularibus, & Chriſtianæ Reipublicæ communibus viuas Neſtoreos annos. Interea, ego quæ dignitatis tuæ incrementa volo à DEO Opt. Max. enixè deprecor. Ex Collegio Nazareno Pridie Calendas Ianuarias M. DC. LII.

EX-

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

DOMINO SVO COLENDISSIMO

RELIGIOSVS COETVS
F. P.

SIcut ingentem animis noſtris mœſtitiam paulo ante excitauerat allatus obitus inuictiſsimi Vladiſlai Regis, quẽ equidem voluiſſemus diutiſſimè viuere, non tam priuato commodo noſtro, quã mirifico quodam publicæ vtilitatis ſtudio incenſi in eius vere Regiam Maieſtatem, animique præclara ornamenta, quibus ille totam Chriſtianam Rempublicam mirandum in modum lætificabat : ita nunc Exc. P. denuo grauiſſimè perculſit fatum inopinatum, ac præcox Filij veſtri optimi Adoleſcentis, qui tanto Parente dignus ob egregiam indolẽ merebatur videre dies Neſtoreos. Quoniam verò noſtra hominum mortalium intereſt voluntates ſuas certo DEI ſempiterno conſilio accõmodare, neque diù de communi huius mortalis naturæ conditione conqueri, quàm cõmutamus cum æterna felicitate : propterea DEVM ipſum Parentem Miſericordiarum enixè precari ſumus, vt animabus vtriuſque æterna gaudia largiatur, conceptumque animo acerbiſsimũ dolorem ſenſim mitigamus, cum nos mini-

minime ſugiat Excellentiam Veſtram pro ſua ſumma prudentia in hoc caſu eandem quam in cæteris rebus, moderationem adhibere, qua ualeat animus eximi ab omni commotione doloris. Faxit DEVS Opt.Max. vt Excellentiam Veſtram incolumem, ac rebus omnibus florentiſsimam quam diutiſsimè conſeruet, id quod frequentibus votis ab eo deprecabimur; atque hæc vota noſtra diuino beneficio confirmata immortaliter gaudebimus: ut ita & rebus noſtris ſingularibus, & Regni ueſtri publicis & adhuc Chriſtianæ Reipublicæ communibus uiuas alter, non dicam. è Græcia Achilles, ſed è Cœlo Angelus. Sic DEVS ſecundet, ac fortunet pijſſima deſideria ueſtra, maxime in futuri Regis delectu. Romæ X. Cal. Auguſti M.DC.III.

LECTORI STVDIOSO AVCTOR SALVTEM

Et propitiam Fortunam.

NE propera, ſtudioſe Lector, ſiſte paululum ac ſpectaculis te oblecta.

Quando theatrales prabet arena iocos.

Adeſto, quæſo te, & quos ludos fortuna faciat, attento ipſe tecum animo contemplare; ſic enim, aut riſum cum

De-

Democrito continere, aut lacrymas cùm Heraclito nequibis: ita in hoc hominum cœtu, tamquam in orbis theatro illa colludit; ut non uno contenta luſu, multis ſæpe velit mortalibus illudere: aſſueta pilam concutere; aleam iacere; talos iactare; atque ex orco (auſim dicere) ueluti ex orca, honores, diuitias, opes, regna, & imperia excutere: idcirco qui Venerem ſibi cecidiſſe nimio plus ante geſtiebat, is miſerè mox extra, quam opinaretur, caſu profligatur caniculari. Volturnia potius quam fortuna olim dictitabatur: quoniam rerum ſortes uoluere, atque uertere ſemper audet, &

Ludum inſolentem ludere pertinax
Tranſmutat in certos honores.
Nunc mihi nunc alij benigna.

Immo ualet.

. . . *Ima ſummis mutare*
Hic apicem rapax cum ſtridere acuto
Suſtulit. Hic poſuiße gaudet.

Atque hominem ex infimo gradu,& loco ad ſummum Imperij culmen extollere: alium contra e celſo regni faſtigio deijcere, ac prope ad interitum præcipitem agere, ut *vnius ſæpe lapſus, alterius ſit erectio.* Id utique non fuit neſcius ille Sapiens, quem penè nihil latuit, cùm ait *de carcere cateniſque interdum aliquem egredi ad Regnum: alium vero natum in Regno in carcerem trudi, vinculis obſtringi, & inopia conſumari*. Sic Creſus

Creſus ex Rege opulentiſsimo Cyri ſeruus effectus deluſum ſe ſortibus animaduertit. Adeſto igitur, ſtudioſe lector,& cum in hanc rem,quæ ſpectacula fortuna exhibuit, aut oculis accipis; aut mente, animoque perluſtras, diſce inde *fabrum fieri tua fortunæ. In tua virtute vitæ tuæ præſidium conſtituere, non in rebus externis: Tuis te viribus ornare, tueri, ac defendere non alienis*, Vale;& ſapere alienis impenſis. Romæ ex Collegio Nazareno à ſalute mortalibus reſtituta Anno CIƆ.IƆC.LIV.

F I N I S.



IN-

INDEX

CAPITVM.

Q*Vid ſit Epiſtola, & vnde dicatur.* pag. 3.
Genera Epiſtolarum. 4. 23.
Stylus. 6.
Vitia. 9.
Virtutes. 10.
Partes. 13.
Titulus, ibidem.
Valedictio. 17.
Loci dictio. 18.
Temporis adſcriptio. 19.
Kalendæ, Nonæ, Idus. 20.
Epiſtola Narratoria. 24. 50. 51. 89. 90
Petitoria. 25. 52. 53. 92. 93.
Commendatoria. 27. 54. 55. 94. 95.
Euchariſtica. 29. 56. 57. 96. 97. 165. 175. 181.
Gratulatoria. 31. 58. 59. 99. 100.
Iocoſa. 32. 60. 61. 104. 105.
Conſolatoria. 34. 36. 62. 63. 65. 66. 101. 102. 185.
Rationes conſolandi in funere. 35.
Lamētatoria. 38. 66. 68. 89. 122. 124.
Officioſa. 39. 69. 110. 111. 182. 183. 184.

184. 149.170. 174.177.
Laudatoria. 40.70.71.107.109.
Dedicatoria. 41. 72.73. 113.114.
Suaſoria. 42.74.75. 119.120.
Hortatoria.44.77.78.85.86.116.117
Monitoria. 125.127.141.148.166.
Defenſiua. 154.
Accuſatoria.45. 79.80. 128.130.
Excuſatoria. 81. 82. 131. 132. 143.
149.152.
Mandatoria. 46.83.84. 134. 135.
Mixta. 87. 136.137.
Diſputatiua. 158. 160.165.172.
Reſponſiua. 88.89.139.140.144.145
155.156. 168.169. 171.176.178.
Aliæ quædam Epiſtolarum formulæ.
47. 146. 163. 164.

ERRA-